



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, 1664**

Disputatio XII. De Personarum comparatione quoad intrinseca.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)

quorum neutrum in potentia notionali, & relatione paternitatis secundum se contingit, imò neque inueniri potest. Deinde innascibilitas solutione hac notionem quintam non constitueret: cum per hos solum secundum implicatum, & explicitum à paternitate differat.

Profundius ergo respondentem vidi Magistrum meum Patrem Didacum Daza, scilicet: notionem diuersas non solum requirere diuersas formalitates personales, sed quæ sint lineæ diuersæ, nec inter se formaliter coordinata. Si enim eiusdem lineæ sint, atque ipse se coordinatæ eadem ratio in eis est distinguendi & dignoscendi personas magis, vel minus in ea linea proiectas in potentia nimirum, siue actu primo, in via siue in actu secundo, in statu, siue termino. Si enim incompossibilitas principij productiui, & termini producenti superari posset, neque processio, neque relatio personam vnã ab alia diuersam monstraret: licet ergo diuersæ formalitates sint, non autem diuersæ rationes distinguendi personas; & dignoscendi vnã ab alia: quæ neque diuersæ notiones. Accedit: quod præfata omnia ita necessario inter se cohærent, vt ex vnoquoque teneantur reliqua in eadem persona v. g. generatio ex paternitate, & ex potentia generatiua necessaria: quare nequit aliquo ex his dignosci Pater, quin, & alius duobus dignoscatur: ac prouide eadem notio Patris sunt, non diuersæ & sic de reliquis coordinatis eiusdem lineæ. Quod secus euenit in non coordinatis, eadem lineæ vt innascibilitate, & spiratione actiua, vt pater.



DISPUTATIO XII.

De personarum comparatione quoad intrinseca.



PORTET iam post intrinsecam personarum constitutionem, atque proprietatum notionumque cuique intrinsecarum examinare eas secundum intrinseca comparare: dicereque quomodo vnæqueque de alteram habeat; & de aliquibus comparationibus dictum hactenus est. Restant nunc examinandæ habitudines personarum ad se. Prima circuminfectionis: secunda æqualitatis quoad communia: tertia æqualitatis quoad personalia: quarta de relationibus æqualitatis, & similitudinis diuinæ: quinta de amore, & intelligentia personarum per verbum & Spiritum Sanctum: Sexta de prioritate producentium respectu procedentium personarum.



QUESTIO I.

De personarum circuminfectione.

PERSONARVM circuminfectio est in existentia vnus personæ in altera de qua an, quidvè sit examinandum est.

CERTAMEN I.

Circuminfectio diuinarum personarum, siue vnus in aliis inexistentiã statuitur.

SVI in infectionem, siue in existentiam in Patre, ac Patri in ipso expressè Christus Dominus illis verbis Ioann. 10. Ego in Patre, & Pater in me est, quæ repetit cap. 14. atque aliis c. 3. Deus clarificauit eum in semetipso, ad quæ Hilar. In se inesse demonstrat, Pater, cum eum glorificat in se, ita 9. de Trinit. post med. Ioann. item 1. Et verbum erat apud Deum, Vnde idem deducunt Athan. Cyril. Nyssen. Naz. Clem. Alex. Origen. August. Prosper. & alij apud Ruiz d. 48. sect. 1. & d. 107. sect. 2. Quarto in super 2. ad Colof. de Christo dicitur: in quo inhabitat plenitudo diuinitatis. Ex quo idem probans Athanas. de vniuersa substantia deitatis circa finem. Hilar. 8. de Trinit. col. 17. & lib. 9. sub init. Naz. orat. 49. quæ est de fide post med. id ipsum probat Ambros. ex 2. cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, in eius loci commentario, atque ex Eccles. 24. Qui creauit ne requiescit in tabernaculo meo. Euaristus Papa. epist. 1. ad omnes Episcopos Hispan. Athanas. Epist. ad Serapion. ego quidem siue compend. de fide circa med. Hilar. 4. de Trinit. longè post med. atque ex illo Deuteronom. 32. Et non sit Deus præter me. 5. de Trinit. col. penult. Hieron. col. 3. in Isaiam ad illud Isai 45. Tantum in se est Deus, & non est Deus absque te. Epiphani. hæresi 76. col. 6. ex illo Isai 26. Sperastis in Domino in seculis æternis, in Domino Dominus fortis in perpetuum, Vbi Aquila ex Græco, & Hebræo: Confidite in Domino vsque in seculum, quia in Domino Dominus, qui firmavit secula. Nyssen. orat. de Deitate filij, & Spiritus Sancti: Totus Pater in toto filio est, & totus filius in toto Patre, Quæ & habent Basil. epist. 43. ad Nyssen. August. 6. de Trinit. cap. 10. fin. Anselmus cap. 57. Monolog. Fulgent. 3. ad Monim. cap. 7. med. de fide ad Petr. cap. 1. ad q. 3. ferrandi circa med. Cyril. Alex. 1. thesu. cap. 6. 7. & 8. ac lib. 8. cap. 1. col. 2. & 3. de Hilar. 3. de Trinit. col. 2. lib. 4. circa fin. lib. 5. col. penult. lib. 6. circa med. sapiusque lib. 7. Ambros. ex quo Ecclesia tota in laudem feræ 2. In Patre totus filius, & totus in verbo Pater.

De inexistentiã verò, & in infectione Spiritus Sancti in Patre, & filio, & horum in illo, non tam multa extant, neque tam aperta testimonia. Solum enim est illud 1. Cor. 2. Quæ sunt hominis nemo nouit nisi Spiritus hominis, qui in ipso est: ita quæ sunt Dei nemo nouit nisi Spiritus Dei, nimirum qui in ipso est. Ad vim argumenti à paritate: vt notat Athanas. 5. de vniuersa substantia Deit. circa fin. & epist. ad Serap. Pater sum. Adde ex Patribus Naz. orat. 50. de fide Nicæna. Athanas. epist. longiori ad Serap. ante med. Thaumaturg. in regula cælesti fidei apud Nyssen. in eius vita. Nyssen. ipsum orat. Cathæc. cap. 2. Cyril. Alex. in 12. Prophetas ad 2. Ioel versu 34. Cyril. Hierof. catech. 17. sub init. Ambros. 1. de Spiritu, 8. cap. 50. & lib. 3. cap. 41. damasc. 1. de fide cap. 10. vbi Spiritum S. inseparabilem, & indigestibilem à Patre, & filio appellat. Et sanè eadem est ratio inexistendi Spiritum in duobus, & horum in ipso, atque Patrem in filio, vel frætrum in Patre, in quocumque in infectione vnus personæ, atque in existentia in alia, iuxta varias opiniones, collocatur: idcirco mutuum trium personarum in infectionem tradunt Patres Fulgent. de fide ad Petr. cap. 1. Totus Pater in filio, & Spiritus S. totus filius in Patre, & Spiritus Sanctus est: totus Spiritus Sanctus in Patre, & filio. Dionys. post init. circuminfectionem definit: Aliarum,

Aliarum personarum in aliis omnia coniuncta, & nulla cum parte confusa mansio, & sedes. Rectè alia, & plura, in aliis, pluribus ad circuminfectionem posuit. Vnius enim in alio mutua infessio esset, non circuminfectio: circuitus enim in duobus esse non potest, sed vt minimum in tribus, in qua pluralitate solum, vt minimum, locus est, vt plura in pluribus mutuo insint ac longè à princip. ait; *Diuina, caelestiaque lumina tota in totis sunt*, Damasc. 1. de fide cap. 10. *Has tres hypostases inuicem adstruimus &c. Per consubstantialiorem vero immanentiam in se inuicem*, cap. 19. *Immanentia, & stabilitas hypostaseon inuicem est*. Nam ipse inseparata, & inabscondentes sunt ab inuicem inconfusam habentes inuicem circuminfectionem. Et sub med. Nam si filius in Patre, & Spiritu S. &c. Ratio à priori est: quia personæ omnes immanenter, & vitaliter, vel producant, vel procedunt ab alijs ergo inuicem inseparabiles, atque in existentes sunt; quam rationem lucis exemplo illustrat Damasc. 1. de fide cap. 9. *Quia lux, ait, ab igne gignitur, & ab eo non separatur, sed semper in eo est accidentis in modo persona autem in alia tanquam subsistens in subsistente.*

3 Obiicit primò. Nihil est in eo, à quo exit, vel qui exit ab ipso est persona diuina vel est, quæ exit, vel, à quo exit: iuxta illud: *Exiit à Patre, & similia*: ergo nulla est in alia. Distinguo maiorem; localiter concedo: actiue immanenter, & vitaliter (quomodo persona diuina, vel producit, vel procedit) nego. Obiicit secundo. Quidquid est in alio continetur ab illo: ergo implicat personam vnã esse in alia, quæ vicissim sit in ipsa; quam, & circuminfectio. Consequentia est certa. Nam relationes contenti, & continentis respectu eiusdem in eodem implicant, cum debeant esse maius, & minus respectu eiusdem distinguo antecedens. Quidquid est in alio localiter concedo antecedens; infessio, nego antecedens. Infessio enim, seu inexistencia solum dicit vtriusque extremi coniunctionem, vel localem, vel identitatis &c. iuxta dicenda inferius dum circuminfectionis essentiam examinemus in quibus neque umbra continentis, & contenti apparet.

4 Dices: vel personæ sunt alie in alijs ratione nature, & sic est identitas, non infessio; vel ratione relationum, seu personalium, & hoc nequit esse cum sint oppositæ in personalibus: obiectio hæc plura tangit postea examinanda. Interim distinguo primam antecedentis partem, Ratione nature tanquam ratione fundandi, concedo: tanquam extremi nego de absurdo quid dicendum sit, constabit cert. 3. secundam item partem distinguo: tanquam extremorum concedo; tanquam rationum fundandi nego. Huic enim locum non dat earum oppositio, & distinctio; primo autem dat locum. Ad coniunctionem enim quamuis extremorum distinctio requiritur, ad quam conducit personalium oppositio, & aduersitas in diuinis personis.

5 Quartò opponis: Pater est in filio, & vterque Deus ergo Deus est in Deo: ergo in se ipso. Quod, vel ridiculè, vel implicatorie dicitur. Respondeo Deus adiectiue, seu personaliter acceptus, est in Deo, sic etiam accepto fateor; substantiue, & essentialiter acceptus est in Deo, sic accepto, nego; & nego consequentiam quia Deus adiectiue, & personaliter acceptus, est persona diuina quæ insidet in Deo sic accepto, quæ est alia persona quare non in se ipso insitas: Pater est in filio, qui est in Patre: ergo pater est in Patre saltem mediare, quod est æquè ridiculum, atque consequentia primi argumenti in sensu, quo negabatur. Nego consequentiam, neque enim opus est, vt quod in alio est per identitatem in tertio, vel coniunctionem, sit, ad hoc mediare in omni eo, in quo alius est, vt patet nisi cum medio illo est in alio; quod secus hic cupit: cum nec Pater sit in filio ratione filij, nec filius sit in patre ratione Patris: cum neuter ratione alterius habeat identitatem in natura diuina, quæ est medium, & nexus seu coniunctio infessionis alterius in altero se enim ipso quisque est eiusdem nature cum alio; non ratione alterius. Insitas denique Pater est in filio, & contra: Ergo paternitas

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo vno & Trino.

est in filio, & filiatio in Patre: Ergo pater est filius, & filius Pater: quare circuminfectio personarum confundit. Distinguo primam consequentiam: Paternitas est in filio constitutiue nego (quo solo sensu inferri potest, consequentia secunda) infessio, siue, vt quid identificatum cum natura filij concedo consequentiam: & nego secundam.

CERTAMEN II.

Aliorum de circuminfectionis essentia opiniones confutatae.

1 Sanctus Thomas 1. p. q. 42. art. 5. in eo videtur circuminfectionis essentiam constituere; quod vna persona sine alia cognosci nequeat, siue independentia cognitionis vnius, à cognitione alterius. Suaderique videtur ex Ioann. 14. cum enim petenti, Philippo: *Ostende nobis Patrem*, respondisset Christus Dominus: *Philippo qui videt me, videt & Patrem meum*: sic videtur rationem reddidisse: *Quia ego in Patre, & Pater in me est*; nempe circuminfectionem. Quæ verba mutuaque vtriusque inexistenciam ait Chrylost. tom. 5. orat. 9. non esse intelligendam corporaliter, sed secundum animi contemplationem: *quia nec filius sine Patre, nec Pater sine filio cognoscitur*. Verum inexistencia hæc non est personarum in se, sed in nostra cognitione: quam etiam in essentialiter connexis vulgo theologi admittunt, in quibus, ne somniantur quidem, circuminfectionem. Secundò vnã personam sine alia cognosci posse multorum theologorum est: ergo & in eorum sententia poterit circuminfectio personarum, probabiliter aboleri. Tertio ex verbis Domini hæc sententia improbat: *Quia circuminfectionem dedit pro ratione connexionis necessariæ vtriusque personæ in cognitione: ergo circuminfectio diuersum quid ab ea est: alioqui idem per idem Christus Dominus probasset: quod dictum est nefas.*

2 Idem S. Thomas circuminfectionem in immanenti productione, & processione personarum constituit. Sequitur Alarcon d. 3. c. 5. n. 4. mala fide referens Ruiz, & Granad. d. 5. sect. 2. videturque esse sententia Damasc. recitati cert. 1. n. 2. sine, Athenagoræ legat. pro Christianis col. 7. Cyrill. Alex. 1. thes. c. 6. 7. & 8. lib. 3. c. 1. col. 2. & 3. lib. 13. c. 2. post med. & circa fin. lib. 2. Dialog. post med. & 1. in Ioann. 5. Hilar. 3. de Trinit. col. 2. lib. 4. circa fin. sæpe lib. 5. & 7. Ambros. in Symbol. Apostol. c. 2. lib. 3. de Spiritu S. cap. 1. post med. Fulgent. 3. ad Monim. c. 7. circa med. Athanas. orat. 4. contra Arrian. post init. Probareque potest: quia Deus in creaturis, quos producit dicitur per potentiam esse: ergo citius vna persona in alia, quam non, vtrumque, sed vitaliter, & immanenter producit, & quidem sic productæ, ratione virtualis continentia creaturæ, esse in Deo dicuntur Ioann. 1. *Quod factum est in ipso vita erat*. Nec refert Aureoli: obiectio: quod Pater, & filius hoc modo solum esse possint quatenus spirator sunt in Spiritu S. non autem secundum totas personalitates, seu quatenus Pater, & filius etiam. Etenim cum circuminfectionis relatio realis sit, totas afficit sine præcisione personas; licet non ratione omnium prædicatorum, quæ in illis sunt. Secundò cum potentia spiratiua duplici personalitate Patris, & filij constet, vt diximus, non est obiectio locus: procedere enim ab vtroque, vt spiratore, est à totis personalitatibus Patris, & filij procedere; quas non esse paternitatem, & filiationem, supra monstrabamus.

3 Verum, licet ex immanenti personarum processione earum circuminfectio apprimè mōstratur à Patribus probandæ, non constituendæ circuminfectionis ratio est: alioqui in omni immanenti productione circuminfectio, quæ solius Trinitatis est, admittenda foret. Secundò circuminfectio formaliter æqua in personis est, neque in vlla dissimilis (vt bene S. Bonau. in 1. d. 19. p. 1. art. 1. q. 4. ad 5. Scotus quæst. 2. §. Contra istud, Marfil.

D d 2 q. 2.

q. 2. col. vlt. Henric. 2. part. 53. q. 10. ad 15. Soar. 4. de Trinit. cap. 16. n. 12. Constatque ex verbis Christi Domini, & Patrum datis cert. 1. non dissimili, sed simili, & aequali modo personas alias in aliis mutuo inexistere: clarescetque adhuc ex cert. 3. vt nimirum sit Albertum à Carthusiano in 1. d. 19. q. 2. col. 2. & S. Thom. pro opposito referri: atqui si circuminfectio formaliter processio sit dissimilis, & inaequalis erit in producente persona, & producta: Ergo. Tertio: circuminfectio dicitur personarum circuminfectionem in existendo, quae per processiones formaliter non datur, vt patet. Quarto denique: Spiritus Sanctus non inexistit adaequate, & seorsum in vtroque Patre, & filio, sed in coniuncto, quod est spirator vnus, vt dogma theologorum fert.

4. Ruiz d. 107. sect. 7. à n. 9. circuminfectionem in praesentia inseparabili personarum secundum immensum vbi constituit. Refert pro se Scotum in 1. d. 19. q. 2. art. 3. OKam. q. 2. med. Gabr. art. 2. adsonareque videtur Soar. 4. de Trinit. cap. 16. n. 11. Multa patrum conditione sententia hanc conatur stabilire Ruiz. sed quorum plura eam patius impugnant, quam protegunt, solus Damasc. eam videtur leuiter confirmare; etenim 1. fid. 16. lub med. Si filius in Patre, & Spiritu S. &c. est vnitas, & identitas motus, Nam vna est proflatio, & motus vnus trium personarum. Dixerat. & cap. 11. circa med. Non enim localem, distinctionem possumus in incircumscrip- ta assignare deitate. Nam immanentes, & in se, inuicem persone existunt: non quod confundantur, sed quod se inhabitent. ac lib. 3. cap. 5. sub init. Vni sunt persone substantia, & naturalibus proprietatibus, & eo quod non distant, neque discedunt à paterna hypostasi sunt vnus Deus. Sed haec localem personarum inseparabilitatem adstruunt, non autem in ea existentiam mutua, siue circuminfectionem consistere; quia ex hac localem inseparabilitatem probat Damasc. recitatis locis: quare, ne idem per idem probat, fatetur circuminfectionem à locali inseparabilitate esse diuersam.

5. Assumptum probo. Nam primo loco ait: Si filius in Patre, & Spiritu Sancto est, & est vnitas, & identitas motus. Ecce inexistitiam vnus in alio assignat pro causa vnitatis motus, siue inseparabilitatis localis. Secundo autem loco eiusdem inseparabilitatis localis sic reddebat rationem. Nam immanentes, & in se inuicem persone existunt. Ecce circuminfectionem. Nec iuuant quae addit. Non quod confundantur, sed quod se inhabitent, non eundem locum, & immensum vbi, sed seipsas per identitatem naturae, ex qua, ne timeas, inquit, personarum confusione. Nemo autem confusione personarum ex necessaria coniunctione locali vbius earum, timeat, vt precaueri à Damasceno deberet. lib. autem 3. cap. 5. rem magis aperuit: quod indistantiam, & inseparabilitatem non de locali, sed de identica in natura intelligat: non solum prima parte testimonij, quae clara est, sed secunda, quae videtur obscurior. Neque enim ex eo, quod non distant, nec discedunt à paterna hypostasi, localiter, sed entitatiue, sunt vnus Deus. At per te hac indistantia, & indiscensione ab hypostasi alterius traditur à Damasceno circuminfectio: ergo haec stat per Damascenum in inseparabilitate, seu indistantia entitatiue personarum, quae est identitas naturae, non vero in locali inseparabilitate per immensum vbi.

6. Ad haec localis coniunctio non facit rem vnā esse in alia, sed esse simul; est circuminfectio est personam vnā esse in alia, vt constat ex scriptura, & Patribus; ergo circuminfectio non est localis coniunctio. Tertio: circuminfectio est immanentia termini vitaliter producti &c. vitali enim processione potissime à ratione probatur à Patribus, & Scholasticis: at immanentia termini vitaliter producti non est localis coniunctio, sed inhaesio in producente: ergo. Quarto: ob hanc localem coniunctionem actio, & terminus in existentiam mutua dicentur habere. Quinto contra: Quia vt retuli cert. n. 1. Christus circuminfectionem dedit pro ratione cur filius nequeat videri sine Patre: at coniunctio inseparabilis localiter non infert necessariam simultatem cognitionis vtriusque: ergo non stat in

locali coniunctione inseparabili circuminfectio personarum. Tandem nemo Patrum in ea locali inseparabilitate personarum circuminfectionem posuit, vt dixi.

CERTAMEN III.

Circuminfectio stat in identitate Personarum in natura.

1. Conclusio hanc docuit Ferrara 4. contr. gent. cap. 9. Aureol. in 1. d. 19. p. 1. art. 3. circa fin. Vafq. d. 169. cap. 2. Zuniga d. 17. dub. 5. Mart. d. 56. Martin. Perez d. 16. sect. vlt. Hurtad. d. 9. dif. 4. Probatur primo ex Ioann. 14. vbi, vt nuper aiebam, simultatem necessariam cognitionis personarum ex circuminfectione probat, probari autem solum potest ex naturae identitate. Secundo ex Ioann. 10. vbi, cum Iudaei lapidare Christum vellet, quod n. 30. dixerat: Ego, & Pater vnus sumus, sic ad ipsos effatur n. 38. Si mihi non credidistis, operibus credite, vt cognoscatis, quia Pater in me est, & ego in Patre. Ergo idem est esse in se mutuo, seu circuminfectio, ac vnus in natura, dum hoc negantes, vt ad fidem eius inducat, ad circuminfectionem, tanquam ad synonymum, inducit credendam, vt aiebat Naz. orat. 49. de fide med. Hoc erit homo vnus, id est eiusdem essentiae cum Patre: sicut ipse Dominus ait. Ego in Patre, & Pater in me est. Quae autem continuo adiungit: Et ego de Patre exiui, & qui videt me, videt & Patrem meum. non vt synonyma vnitatis naturae duplici loco explicata, sed vt rationes afferat. subdit enim Non immerito: Quia filius Dei de Deo Patre natus est: & ideo de vnitatis substantia, & de maiestate diuinitatis vnus sunt. Idem docuit August. 11. de Trinit. cap. 8. dicens tantundem valere: Ego & Pater vnus sumus, atque Pater in me est, & ego in Patre, Gregorius Baeticus confessione aiebat: Ego in Patre, & Pater in me est audienda esse secundum indifferenciam essentiae.

2. Eundem locum expendens Ambros. in id 2. Corinth. 5. Deus erat in Christo in eodem sententiam luculenter scribit: Pater enim per id intelligitur esse in filio, quod vna eorum sit substantia. Ibi enim vnitas est, vbi nulla est differentia. Hilar. sic eundem locum tractans 7. de Trinit. col. antepenult. ait: inseparabiles esse per naturam similitudinem, (identitatis naturae) Patrem, & filium non possumus alio verbo docere nisi filij: Ego in Patre, & Pater in me est. Quid clarius, & tamen haec pro se afferat Ruiz, & quae sequuntur ex fine eiusdem lib. 7. vbi ait: personam vnā ita esse, & subsistere, vt in subsistente in se ita verò inesse, vt ipse subsistat. Nam vterque subsistens per id non sine alio est secundum generationem, & naturam subsistentis: natura enim non alia est. Paulo vero ante dixerat: personas diuinas esse in se se per vnitatem, & proprietatem naturae. & 5. de Trinit. col. penult. cum ipse, filius, Deus sit, etiam per naturam vnitatem in eo Deus est. Damasc. 1. de fide cap. 10. sub fin. Has tres hypostasies in se inuicem adstruimus: vt non constituciam, & quandam deorum turbam inducamus; sed vnus in natura Deum. Per tres quidem hypostasies inconfusum, & inconfusum à per consubstantialitatem vero, & immanentiam in se inuicem hypostasies, & identitatis, & motus, vt sic dicam, inseparabilitatem vnus esse Deum deprehendimus, vbi nota consubstantialitatem, & immanentiam hypostasies in se inuicem, vt idem, & synonyma posita à Damasc. fuisse; motus autem inseparabilitatem, vt consequens, & diuersum, quia & Dei vnitatem, sicut illa suadet.

3. Secundus pro nostra conclusione locus est Ioann. 2. n. 17. vbi Christus Patrem sic pro suis orat. Et omnes vnus sunt, sicut tu Pater in me, & ego in te, id est, sicut ego, & tu vnus sumus pro quo aperte circum

circuminfessio posuit: ergo idem censet Christus unitatem sui, & Patris in natura, atque utriusque mutua inexistentiã, siue infessionem. Vnde egregie Cyril. Alexand. 3. Thesau. eap. 1. participatam nostram unitatem in natura cum Deo per gratiam circuminfessionis voce sic explicans: *Nos gratia, & participatione in Deo uiuimus, & mouemur, & sumus, filius uero secundum naturam, quasi à fonte semper uiuens ex substantia Patris emanans. Non ergo: ut nos in Deo uiuimus & esse, sed naturaliter ipse uita est, & in Patre naturaliter est unum cum ipso secundum identitatem essentie.* Quid illustrius? Pudet his recitatis plura proferre. A ratione uero probatur. Quia esse aliquid in alio proprie per infessionem, solum est in creatis, in quibus, quia quæ non se habent subiectum ad formam, & forma ad subiectum non mutuo sibi insident, sed sola forma insidet subiecto: at in diuinis personis infessio per physicam informationem est impossibilis, ut patet, quare debet esse per id, quod infessionis simillimum in diuinis sit: hæc est identitas in natura: quæ, quia in omnibus personis æqualis est, mutuo personæ sibi inuicem insunt. Secundo probatur: quia esse in se personæ non saluatur similitudo cognitiones, processione, uel locali inseparabilitate, ut uidimus: ergo identitate naturæ, quæ sola restat.

4 Quæ opponit Ruiz ab autoritate Patrum pro nobis potius sunt, ut in apparentioribus Damasceni uidimus, & in Hilario. Nec meliori euentu contendit Christus illud: *Ego, & Pater unum sumus.* probasse tanquam per quid diuersum, per illud: *Ego in Patre, & Pater in me est, atque utrumque, ut diuersum à Patribus, & Scholasticis tradidi.* Sed ex dictis toto num. 1. & 2. constat aperte oppositum. A ratione arguit: *circuminfessio est identitas: atqui inter personas non est identitas: ergo nec circuminfessio.* Distingue maiorem: est identitas in natura personarum concedo, & identitas personarum inter se absolute, nego maiorem. Similiter distingue minorem. Inter personas non est identitas personarum inter se, sicut personarum in natura, diffinitur: & inde consequentia euanescit. Posset contra nostram conclusionem instantia alia proxime facta objectioni affinis efformari, eam tamen in sequens certamen remittimus, quia difficultatem in eo expediendam tangit.

CERTAMEN IV.

Circuminfessionis relatio immediatè afficit, & personalitates.

1 Disputatur tandem de circuminfessione an toti personæ primario conueniat? an soli essentie, rationeque eius personæ toti? quemadmodum toti homini, esse in pergula ratione pedum, qui primario, & ratione sui in illa sunt, dicitur conuenire. Extremum docuerunt. Henric. apud Scot. in d. 10. q. 2. §. de primo Durand. q. 3. referri que possent Ricard. art. 2. q. 3. ad 1. & 3. Carthusian. q. 2. ad 3. ubi asserunt naturam Patris esse per se in filio, paternitatem uero per accidens. Sed certè esse per se, pro esse essentialiter accipiunt, atque opposito modo esse per accidens, pro non essentialiter. Ratio huius sententie sit: circuminfessio consistit in identitate personæ: ergo, cui primario, & ratione sui competit identitas, competit circuminfessio, cui autem ratione alterius competit secundario: atqui identitas cum persona non competit personalitati, aut personæ toti ratione sui, sed ratione essentie, quæ ratione sui & primario, & per se idem est cum persona, & personalitate quauis: ergo soli essentie ratione sui, & primario competit circuminfessio; personalitati uero, ac personæ toti solum ratione essentie, & secundario.

2 Verùm ratio hæc inutilis est. Etenim circuminfessio non est identitas extremorum inter se, sed in natura, tanquam in tertio: natura autem non est idem cum persona in natura tanquam in tertio, nec primario, nec secun-


dario. Hinc secunda sententia excitari posset extreme opposita præfata: nempe: personalitatibus solis ratione sui, & primario circuminfessionem conuenire; essentie uero, aut personæ toti solum ratione personalitatis, & secundario. Etenim solæ personalitates inuicem habent identitatem in natura tanquam in tertio: natura uero, quæ altera pars personæ est, neutriquam illam habet, ut modo dicebamus: nam inter naturam, & personalitatem, cui identificatur natura, alia, quæ tertium sit identitatis non est, ut modo docebamus: ergo neque natura, neque tota persona illa constans est, ratione sui idem cum persona alia in natura, tanquam in tertio, sed solum ratione personalitatis: quare, & secundario tantum. Sed enim ratio hæc solum probat, neque essentie soli ratione sui, neque toti personæ ratione essentie, tanquam extremi primario circuminfessionem conuenire; non autem toti personæ ratione sui non conuenire. Huius enim respectu, licet essentie pars identificata sit, persona tamen tota uere tertium quid est, cui persona alia tota, tanquam tertium aliud quid in natura, tanquam tertio, identificatur.

3 Vera ergo sententia est circuminfessionem primario, per se, ac ratione sui totis personis conuenire, sit Scotus ubi proxime §. contra illud. S. Bonau. 1. d. 10. q. 4. Gabr. q. 2. art. 1. Capreol. q. 1. art. 1. ad 3. Marfil. q. 22. art. 2. Deza q. uic. Ferrara 4. contra gentes, S. Thom. 1. p. q. 42. art. 5. ubi Caeteran. Canar. Molin. Vafq. d. 16. cap. 2. Soar. 4. de Trinit. cap. ult. Ruiz d. 107. sect. 3. referens Albertum Ægid. Tarant. Vdalicum, & OKam, Alarcon. tract. 5. d. 3. cap. 5. n. 3. Martin Perez. d. 16. lect. ult. Galpar. Hurtado 4. 9. dif. 4. Mærat. d. 56. Probatur ex recitatis Patribus cent. 1. n. 2. dicentibus totum Patrem esse in toto filio, & contra totum filium in toto Patre &c. quod absolute verificari non posset, si ratione solius partis cuiusuis alter in altero effectus: sicut neque totus Petrus in pauimento, uel pergulas esse absolute dicitur, quia pedibus, seu ratione pedum est. Confirmatur ex Hilar. 7. de Trinit. circa fin. & sine aiente: *in se non aliud in alio, ut corpus in corpore, quod solum parte sui corpori insidet, sed ita esse, ac subsistens, ut subsistens in subsistente insitita uero in se, ut ipse subsistat.* Sed secundum se totum, ut integrum, & totum est subsistens. Similia habet Damascenus recitatus cert. 1. n. 2. & cert. 2. n. 4. & 5.

4 Rursus probatur ex eodem Hilar. 6. de Trinit. circa med. & sæpe toto lib. 7. 8. & 9. post med. & 10. col. 4. dicente: *in uicem in se esse personas, quantum ad totas personas.* Cyril. Alex. 1. Thesau. cap. 6. 7. & 8. & lib. 13. cap. 2. sub med. cap. 4. med. ait esse personam unam in aliis sicut hypostasim, in hypostasi, & subsistentem in subsistenti: filiumque in Patre sicut charactiberem, & imaginem; quæ omnia personis secundum se totas conueniunt, non secundum sui partem, quæ nec hypostasis, nec imago, neque filius est. Quod autem eodem cap. 4. med. dicat *filium in sua proprietate esse in Patre, atque personas, ut numero differentes in uicem in se, primæ potius sententie aduersantur, nec secundæ fauent.* Solum enim contendit personis etiam, seu non naturæ soli, & præcisè sumptæ, circuminfessionem conuenire; sed ut coniunctæ cum proprietatibus, & distinctiuis personarum: quo pacto integra persona est. Soar. ratio ad eandem sententiam ex locali inseparabilitate personarum petita, quæ non essentie soli, sed personalitatibus etiam competit, & personis admittenda non est: quia falsò nititur principio, nempe circuminfessionem localem esse inseparabilitatem.

5 Probo ergo à ratione primò: quia immanentia personarum in se se ipsis competit, quia immanenter, uel producunt, uel procedunt, ut ex Patribus & Theologis uidimus: ergo, quibus per se, & ratione sui competit immanens, & vitalis processio actiua, uel passiuæ competit per se, & ratione sui circuminfessio: atqui totis personis tantum competit per se actiua, uel passiuæ processio, ut patet: ergo & eis totis per se & ratione sui competit circuminfessio, non aliis. Probo secundò quia ratio primarij, & secundarij in eodem genere esse debet: atqui non est in eodem genere, & ordine denomi-

natio inexistendi vnam personalitatem in alia, atque vnam personam in alia: neque naturæ cum personalitate aliqua est in existentia, seu circuminfectio nequit parti alicui formali personæ primariò conuenire, secundariò vero, & ratione illius personæ toti. Minoris primam partem: probo quia personalitatibus præcis formaliter ab essentia, quo solum pacto non tota persona sunt, diuersitas solumformalis competit, non identitas realis, quæ solum, est in statu realitatis, non præcisionis per rationem. In statu verò realitatis, in quo competit eis identitas cur à natura aliarum, siue in existentia in aliis, sunt totæ personæ: ergo toti personæ primariò competit circuminfectio, vt contendimus; non vero ratione personalitatis, cui competat primariò.



QVÆSTIO II.

De Personarum in communibus æqualitate.

EX dictis q. 1. & d. 2. de vnitæ personarum in natura constare facile potest vnitæ, & æqualitas earum in communibus attributis, quæ ipsam indiuiduè comitatur, atque in operationibus adextra. Sed quia in his, & æternitate, ac omnipotentia peculiariter hæretici errant, atque in aliquarum eis in rebus difficultatum solutionibus minus probanda est Scholasticorum doctrina, hæretici hic confutandi solida doctrina sunt. Est autem æqualitas, de qua nunc, non molis, seu quantitativa, sed imitativa, & quam vocant perfectionis.

CERTAMEN I.

Persona quæuis ceteris omnipotentia, & operatione est æqualis.

I Omnes in re præsentis errores ex Arrij delirio dimanant, cuius sunt vel explicatio, vel extensio. Ex nouis Arrianis Transiluanis lib. 2. cap. 26. docent filium creationi nullatenus interuenisse, quod ex Arrianis antiquis nemo, quod sciam, asseruit. Arrius verò apud Athanas. ferm. 3. contra Arrianos asseruit creatam condidisse. iussu, & disciplina creandi à Patre acceptis, videlicet, vt eius ministrum. Secutus est Euseb. Nicomediens. apud August. contra sermonem Arrianor. cap. 3. sub init. Asterius, & Maximin. apud eundem lib. contra Maximin. col. 2. qui etiam refertur à Cyril. Alex. 1. Thesau. cap. 2. init. & 4. Dialogor. de Trinit. à med. Lunom. apud Basil. 2. contra ipsum sub med. Valentinus Gentilis Arrianorum instaurator prothesi 24. & Transilvani vbi proxime ex hypothesi, quod creationi intercesserit. Tertio Arrius apud Theophylactum in id Ioann. 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* creationi intercessisse filium volebat, vt Patris instrumentum, quod minus, quam ministerio est. Idem quoque volebat Lunom. Paululum ante locum citatum Basilij, pro quo, vel simili errore refertur. Melancthon. lib. contra Stancar. & epist. ad electorem Brandenburg. Nec honoratus res apud hæreticos cum Spiritu Sagitur. Alij enim inter creatam filij ministerio Spiritum sanctum recensent. Ex his fuit Lunom. circa finem citati libri, atque alij apud Theodoret. 4. hæreticarum fabular. col. 4. reliquique deterius de Spiritu S. quam de filio blasphemant prorsus illum à terum conditione relegantes licet Maximus apud August. lib. 1. contra ipsum col. 2. & 3. dicat Spiritum S. & filium vicissim alterum per alterum illuminare.

2. Hæreticorum fundamenta. Primum Patrem plura dedisse filio illumque accepisse; mandasse item, præcipisseque ipsi, etiam quæ loqueretur, filiumque obedisse.

de quibus d. 2. q. 4. cert. 9. n. 4. insuper illud Ecclesiastic. 2. 4. *In habitatione sancta coram ipso ministravi.* Videlicet in eorum etiam creatione, quæ ad Ecclesiæ constructionem pertinebant. Sed tamen Græcum Latino ministrari respondens significat munera publica gubernationis, directionis, & imperij obire: quod verbo sapienter genitæ, artisque diuinæ obiectiæ, termino proprium est. Hoc sensu Clemens Romanus 8. Const. Apostol. cap. 17. & noua diuisione cap. 12. post med. de filio ait: *Tibi Deo suo, & Patri per omnia inferens, cum in varia creatione verum, tum in providentia.* & paululum antiquiori cap. 12. post med. *Unigenitus filius tuus Deus &c. in omnibus ministravi tibi Deo ipsius, & Patri in vario officio creaturatum, & in earum conuenienti providentia.* Neque alio sensu Iustin. M. Dialogo cum Triphone opera filij ministeria appellasse fertur. Et Clemens Alex. orat. ad hort. ad gentes pag. 2. med. verbum *instrumentum concinnum*. 3. Pædag. cap. 12. circa fin. *Ad ministrum.* Consonat Iræneus 4. aduersus hæres. cap. 4. circa fin. *Omnia filius administrans Patri perficit.* cap. 37. circa med. *Deus Pater ostenditur Spiritu operante, filio vero administrante Basil. 5. de Spiritu S. cap. 16. longè ab init: Cogita mihi Patrem principalem causam eorum, quæ sunt: deum conditricem causam filium, perfectricem Spiritum S. vt voluntate Patris sint administratores Spiritus.*

3. Præfacto verò sensu hos Patres loqui constat. Etenim Basil. lib. illo, cap. 8. ministrandi, verbum præmolliens sub med. ait: *Neque, quod ipsi particularibus mandatis vniuersiusque operis ministerium commissum sit. Nam istud quidem seruitus est, & à diuina dignitate immenso semotum intervallo: sed verbum plenum paternis bonis, & à Patre splendens omnia facit ad similitudinem eius. Confirmat: quia quorum æqualis est essentia, & potentia, æqualis est operatio.* Nec nisi de largè lumpis ministerio, & seruitute, & obedientia simpliciter sentire potest, quicumque filium Deum fateatur. Quo circa cum Clemens Rom. ipsum Deum esse fateatur ibidem, atque à cap. 22. ad 28. & epist. 1. ad Iacobum Frat. Domini Filij diuinitatem, & æqualitatem cum patre demonstrat: idemque præstent Iustin. M. lib. 1. & Clemens Alex. 1. Pædago. cap. 6. sub init. Iræneus 3. aduersus hæres. cap. 6. 8. 10. 12. 16. & 20. ac lib. 4. cap. 11. lib. 5. cap. 18. ita etiam interpretandi sunt vt ministrare, atque famulari dicantur largè: tum, ad ostendendam auctoritatem principij, quæ in Patre est, Trinitatis, tum etiam sicut cuiusvis ars, virtus, & affectus ipsi in operibus auxiliari, & famulari dicitur Ila. 63. *Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.* atque Eutyhianus Papa epist. ad Episcop. Bæticæ col. 1. aiebat: *Dei filius natus ex virgine, & Spiritu S. ipse sibi in hac operatione famulante, & sua, videlicet inumbrante virtute.* Cum ergo verbum obiectiua Dei ars, artisque terminus, ac Spiritus S. amor, & affectus in facto esse sint, facile, quæ de arte, & affectu dicuntur, ipsis accommodantur.

4. Sed adhuc obicies Iræne. 3. aduersus hæres. cap. 8. longè à med. ad id psalm. 44. *Ipse præcepit, & creata sunt.* ad quæ ille. *Cui ergo præcepit? verbo suo, per quod, inquit, cæli firmati sunt.* Concil. Symienf. can. 3. recepto ab Hilar. lib. de synodis sub med. *Si quis Christum Deum ante sæcula filium Dei obsecutum Patri in creatione omnium non confiteatur anathema sit.* can. 27. *anathematizat eum, qui filium Dei ante sæcula subsistentem, & ministrantem Patri ad omnium perfectionem non dicat.* Hilar. citato lib. vers. fin. in id Ioann. 5. *Non potest filius à se facere, scribit: Atroborem dixerunt, cum ait: non potest à se facere; obedientiam significat cum addidit: nisi, quod viderit Patrem facientem.* 4. de Trinit. med. ad id Genes. 1. *Et vidit Deus quia bona sunt: ita habet: Placere Patri opera sua gaudet filius per se ex præcepto eius effecta.* lib. 5. post med. ait *filium in creando mundo obedientem dicitis Deo Deum.* Cyril. Hierosol. Catech. 6. & 11. circa fin. *Patre volente omnia extruere Patris nutu filius omnia creauit, vt nutu custodiat Patri authenticam potestatem.* Epiph. hæres. 73. vers. med. *Ex eo, quod ex Patre genitus est, & Patrem audit, & Patri ministrat. ipsum esse habet.* Nyssen. de Trinit. aduers. Iudæ. col. 2. Hierom. Amos. 6. longè à med. ad id: *Eccc Dominus mandauit, Patrem iubere, filium facere.* docent. Hæc tamē, & similia prioritatem solum originis, atque principij auctoritatem in Patre denotant, non seruitutem,

aut inæqualitatem filij in potentia, & operatione; vt iam eorundem testimonij offendo quamquam, & recitata id factis offendant.

5 Hilar. verbis suis primo loco recitatis adiungit. *Non enim virtutis differentia est non posse, nisi videat: quia virtutem magis præstat natura, quam visus; at verò obsequela est tunc posse cum videat: atque ita per quod tunc potest cum videt, significat non ex visu accipere virtutem, sed auctoritate visus præsumere potestatem. Non ergo differet natura virtus in Patre, & filio, cui hoc posse, quo Pater possit, non ex incremento aliquo natura profectus tribuat, sed auctoris exemplum. Secundo vero loco recitatus præmisit ante med. in eo quod dicitur faciamus, & visio exequatur, & factum. Canonem vero Syriacensem, quem recepit, ita explicat: Non præstantem quamquam cuiquam genere substantie, sed subiectum alterum alteri naturæ nature, ac infra: Patri subiectus est, vt auctori. & 5. de Trinit. col. 4. Deus est, per quem facta sunt omnia. Hoc mihi de eo creatio mundi locuta est. exequatur Deus Deo nomine: exequatur veritati veritas ex opere. Quod confirmat col. 5. Cyril. Hierosol. solum vult nutum filio à Patre communicari. Quod subdit verò: Regnare voluit filium in bis, quæ ab illo facta sunt ipse exhibens illi verum creaturam administrationem, non significat rebus iam factis liberè earum regnum, & administrationem filio detulisse; sed voluntate communi creandi regnum, & administrationem in euitabilem filij voluisse. Dixerat enim Catechesi 4. cap. 3. med. de filio cum patre simul regnans, & omnium per Patrem opifex.*

6 Adhuc autem restare pro hæreticis videtur Naz. orat. 13. 2. de pace ferè med. n. 13. sic factus. *Prime cause, Patris, Magnificentius est diuinitatis (Personæ diuinæ) quam rerum creaturam principium esse: ac per interpositam Deitatem. id est diuinam personam, ad res creatas venire.* Sed tamen solum vult nobiliorem esse productionem Patris ad intra, quam ad extra; neque aliter res creasse potuisse, quam dictione quæ verbi, ac filij productio est, atque volitione, qua efficaciter creaturas dirigeret, quæ item Spiritus sancti est productio: cum orat. 36. circa med. atque alibi sæpe pro æqualitate, & identitate operationis filij cum Patre accerrimè pugnet. Ad Euseb. Cæsar. hæretici confugiunt: quia 4. demonstrat Euang. cap. 2. post med. & cap. 4. initio ait: filium esse ministrum, instrumentumque susceptum, & præfectum à Patre verum administrationi. Verum Eusebius in rebus hisce nullius est momenti, vt bene Bellarm. 2. de Christo cap. 9. cum Arrianus aliquando fuerit, atque in re præsentis verba Arrij videatur transfuisse ex epist. ad Euseb. Nicomedien. & epist. ad Alexandrum teste Epiphani. hæresi 69. quare, licet eisdem capitibus æqualitatem omnimodam filij cum Patre defendat, recitata verba catholicis suspecta habentur; sicut & hæc Pseudo Augustini tom. 4. lib. de Trinit. cap. 5. sub init. *Dicitur filius Dei ex voluntate, & præcepto Patris visibilis, & inuisibilis, ex nihilo fecisse, & infra: in faciendo in omnibus expectans Patris iustionem.*

CERTAMEN II.

Patres instrumenti ac Ministri creationis voces in filio & Spiritu S. execrantur.

1 **V**T præfata Patrum interpretatio de filij ministerio, & obedientia, iustioneque Patris, vsque filij instrumentali in rerum effectione largè accipiendis, prout denotat solum artis diuinæ terminum, seu diuinam artem, & inperium in facto esse, quod est verbum, eiusque origine posterioritatem, magis ex eorum mente demonstratur: videndum est quantum eis stomachum mouerint ministri, atque instrumenti creationis nomina applicita filio. Et in primis Concil. Nicæn. lib. 2. versus med. s. non ita sic habet: *Manifestum est, quod vere Deus natura sit, filius, & non instrumentum.* & ex Ilat. 9. *Audi & filosofe Dominum eum prædicatum, non autem ministrum, &*

S. quid profunda, ex multa scriptura concludit: instrumentum non fuisse. Denique s. in libro Job. æqualitatem & identitatem operationis Patris, & filij confirmat. Synodus, Anthiochena prima in Professione fidei ad Paulum Antiochen. §. 2. cum his dixisset filium in mundi creatione impleuisse voluntatem Patris. Adit: Per quem omnia fecit Pater non tanquam per instrumentum.

2 Ad ipsum docet Athanas. orat. 1. & 2. & 3. contra Arrian. vbi ex eorum doctrina infert filium imperfectiorem reliquis creaturam fore: cum Pater in eius productione instrumento non egerit, & si creatura per Arrianos sit: quo etiam argumento virtuti Cyril. Alex. 5. Thelau. cap. 2. sub init. & sine concluditque cap. 3. filium creationis instrumentum non fuisse, & 4. Dialogor. de Trinit. ait: *Si enim filius creatura cum sit, meram Patris voluntatem sustinet, non creata reliqua sufferre possunt.* Basil. 4. contra Lunom. circa med. sic arguit: *Si Patris virtus per filium creauit Pater creator est, non filius: sicut instrumentum non est artifex. At filius creator est, vt probat lib. 5. pag. 2. ex Baruch. 3. ab illis verbis: Qui præparauit terram. ad illa: Post hæc in terris visus est. Ergo filius instrumentum creationis non est. Idem sublimptum probat Ruiz. d. 110. sect. 7. n. 7. ex illis Ioann. 1. *Mundus per ipsum factus est. & in propria venit, & sui eum non receperunt.* Opera autem facta instrumenti, & ministri facientis propria non sunt, sed artificis, & principalis factoris. 2. quia sapient. 7. de filio iuxta concilium Sardicense, qua Catholicum profess. fidei circa fin. dicitur: *Omnium artifex, sapientia &c.**

3 Probat 3. ex Eccl. 2. 4. de sapientia genita habetur: *Cyrum celi circuiui sola, id est mundum totum virtute, & operatione mea, non alterius principalis impellentis, & præcipientis, tanquam minister, & instrumentum virtuti associata, ac non sola; imò sola ego, & mea virtus Patris ars, & sapientia obiectiua sum. vt ideo dicam prouerbi 8. *Quando præparabam celos aedam. & sap. 9. scribatur: Est tecum sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ adfuit tibi cum faceres orbem terrarum. vt explicat Felix Pap. 1. epist. ad Benignum. Probatur quarto ex 1. ad Hæbræ. vbi Paulus Christum filium ab Angelis discriminaans ait: *Ad Angelos quidem sicut, (nempe psalm. 103.) qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos &c. Ad filium autem, (nempe ait psal. 44.) Thronus tuus Deus &c. & in principio Domine terram fundasti & opera manuum tuarum sunt celi. Ac de Angelis rursus. Nonne omnes sunt administratori. Spiritus. Est igitur discrimen à paulo assignatum: quod Angeli Dei ministri sunt, filius autem non minister, sed Deus. Succedat Damasc. 4. de fide cap. 19. post initium dicens Patris beneplacitum per filium impletum: *non veluti per instrumentum, sed vt per substantiale, & hypostaticum eius verbum, & sapientiam, & virtutem. Propterea quod in Patre, & filio vna compellatur motio.* Demùm Theophylact. Ioann. 1. Elias creten. in orat. 1. Nazianzeni n. 169. *probant omnia per filium facta, non tanquam per instrumentum.****

4 Porro cum hæretici Spiritum S. deteriorem blasphemarent, eam ab interuentu ad creandum prorsus relegabant: quare nulla apud ipsos de illo voces ministri, & instrumenti creationis, quod sciam, audiuntur; idcirco neque à Patribus adeò frequenter; imò vix à illo ab aliquo reiciuntur. Vnum audio Cyril. Alex. reicientem 3. Dialogor. de Trinit. col. 56. & tandem lib. 7. circa med. hisce verbis: *Nomine Deus Spiritus est, qui transfumat ad Deum: non quod per gratiam, quasi minister &c. ac deinceps cuncta ab eo, non vt ministro, seruo, virtute participata produci fusè probat, lib. autem 13. Thelau. cap. 1. sine sic ait: *Si creatura Spiritus S. est, quomodo totam operationem Dei habet? Non enim puto posse aliquos adeo infantæ, vt audeant dicere Deum verum organis, atque instrumentis aliquibus operationes suas ad extra emittere. Ratio autem æquè firma æqualitatis in potentia, & operatione vtriusque cum Patre est æqualitas, siue identitas vtriusque cum illo in Deitate, quam offendimus d. 2. Vnde, & identitas in potentia demonstratur d. 5. q. vlt. atque inde in operatione etiam identitas, & æqualitas, neque ministri, aut instrumenti ratio in alterutro locum habet si hæc strictè videntur.**

CERTAMEN III.

*Validè alterum hæreticorum fundamentum
contra ipsos regeitur.*

1 **A**rrius, vt vidimus cert. 1. eo nitebatur fundamento: quod Ioannis 1. dicitur: *Omnia per ipsum, nempe verbum, facta sunt*, illa enim præpositio *per*, vel instrumentum, vel ministerium denotat. Cui consonat sæpè Paulus 1. cor. 8. *Unus Deus Pater, ex quo omnia: vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Ad Hæbræ. 1. *Per quem fecit, & secula.* Verum, quam futiliter hæc obiciantur videat, qui viderit Patri operanti eandem præpositionem adhibuisse sæpè scripturam 1. Corint. 1. *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius.* Vocati autem sunt infusione, & productione auxiliij. Atque ad Rom. 1. 18. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt, omnia, ipsi gloria &c.* Si autem Deum, cui gloria est, non decet per ipsum esse omnia: ergo *per* nec significat ministerium, seruitutem, nec instrumentum: quare filio applicitum ministerium, vel instrumentum creationis esse non probat. Confirmatur: quia *ex* & *de* etiam tribuuntur filio Ioan. 1. *De plenitudine eius omnes accepimus.* Colof. 2. *Ex quo totum corpus per iuncturas &c.* Ioann. 16. *De me accipiet.* Vt obseruant Ambros. 4. de fide cap. 6. Basil. de Spiritu S. cap. 5. Bellarmin. 2. de Christo cap. 9.

2 Sed regramus testimonium contra Arrianos: *Omnia per verbum facta sunt*: atqui nequeunt fieri per illud, tanquam instrumentum, vel ministerium Patris: ergo tanquam Deum confortem potentia, & operationis paterna. Minor probatur: quia ministris vel instrumentis inferioribus is solum vtitur, qui se ipso physice, vel decenter exequi nequit, quæ vult: atqui Deus Pater physice, & decenter exequi creata omnia potest: ergo non vtitur filio, & Spiritu S. tanquam instrumentis. Hoc argumentum vtebatur Cyrillus proximè recitatus. Probatur proxima minor: quia Pater, quem solum Deum Arriani admittunt, solo voluntatis nutu omnia exequi, & facere potest: ergo physice, & decenter omnia exequi potest. Antecedens probat ex illo Genes. 1. toties repetito: *Fiat lux, fiat firmamentum.* quæ optatiua cum sint, desiderium, & Dei nutum, quo cuncta peregit, significant; non autem præceptum important, vt volunt Arriani ad filium: Præceptum enim Imperatio fac, intimum esset ad inferiorem aliquam potentiam, & virtutem: quin vbi ad hominem formandum personas reliquas Trinitatis adhortatur, id præstitit, vt eleganter obseruat Tertullian. *Non imperiali verbo, sed familiari manu, etiam verbo blandiente præmissis faciamus.* Item ex psalm. 44. *Ipsè dixit, & facta sunt.* idem antecedens fulcitur. Hoc argumentum acutè prefit Cyril. Alex. 5. in Ioann. cap. 3. circa med. his verbis: *Si nuda, & sola voluntate omnino Deus operatur, quid opus est medio: nonne super uacaneus filius videbitur.*

3 Probatur secundo eadem minor ex Genes. 1. In principio creauit Deus caelum, & terram: & Fecit Deus firmamentum. Et fecit Deus bestias terræ: Eccles. 1. *Vnus est altissimus creator omnipotens, cap. 24. & Machab. 2. cap. 1. Deus omnium creator, Et Genes. 1. n. 3. 1. Vidit Deus cuncta qua fecerat, & erant valde bona.* quo loco, de propriis, quæ fecerat Deus, operibus gaudet, non de aliena arte factis. Demùm Ioann. 5. *Pater meus vsque modo operatur.* Quæ ad rem præsentem egregiè expendit Cyril. citato cap. 3. ante med. Matth. 6. *Pater vester caelestis pacit illa.* cap. 10. *Vnus illorum non cadit super terram sine Patre vestro: sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt:* Ergo immediata rerum creatio se ipso Deo physice, & decenter conuenit, cum ei vbique in Scripturis tribuatur. Vrgeo Arrium, eiusque semina infausta. De quoniam hæc intelliguntur. De filio ne ergo filius, & Deus & creator præcipuus: non minister Deo inferior inseruiens creationi. Secundo: ergo, & Pater, licet Deus, immediatè potest physice, & decenter exequi creatorum productionem.

Sed voles intelligi de Patre, qui solus Deus est per vos: ergo Pater immediatè physice, & decenter potest creare, & producere creaturas: ac proinde ministro, & instrumento creato, neque eget, neque vtitur in prima rerum creatione: quandoquidem rerum fabricandorum solus recensetur artifex, & creator vbique in scripturis.

4 Dices Deum Patrem creatorem dici, & authorem rerum: non autem alterius ministeria, & instrumentalia officia eis locis excludi, sicuti à nobis filij ministerium, instrumentaleque officium excluditur: oportere autem creationem Dei decenter ad ipsum, & congruè ad creaturas, quæ generaliter immediatam Dei virtutem ferre non possunt, intelligere. Contra primo: quia inde, vt Deus, vult non innotescere, quia creat omnia: creauit autem nulla facta mentione adiuantis ministri, aut instrumenti, citatis locis. Vnde sola Dei executio nobis innotuit: ergo immediata Dei omnium operatio non indecens, sed dignissima Dei prerogatiua, signumque, quo Deus agnoscatur habetur ab Scriptura. Contra secundo: Qui solus aliquid exequitur, immediatè exequatur necesse est, sine instrumento, sine ministro: atqui Deus solus exequitur creationem, ergo immediatè sine ministro, sine instrumento exequitur Deus creationem. Minor suadetur ex Isai. 44. *Ego sum Dominus extendens caelos, stabilis terram, & nullus mecum.* Job. 4. *Qui extendit caelos solus.* Quo circa, vel filius, vel Spiritus sanctus creationi non interueniunt, contra locum, quem nobis Arriani obiciebant; vel, vt Deus idem cum Patre, eademque potentia, arte, virtute, & operatione interueniunt. Illud de intollerantia creatorum virtutis diuinæ immediatè stolidorum est. Etenim immediata Dei operatione virtutem Dei formaliter in se non recipiunt, quam nequit creatura vlla habere, & recipere: sed ex ea influxum, & esse participatum cuiusque creaturae proprium, sine quibus neque sustentari, neque in se esse vsquam possunt insuper in filio verborum: quod & creaturam esse blasphemant: atque immediatè à Deo facti fieri tenentur (ne in infinitum verborum Dei abeat, vel tandem in aliquo, quod Deus sit, vel immediatè à Deo creatum, sistant) euincitur apertè in se creaturas Dei operationem immediatè posse recipere.

5 Tertio probatur illa minor: quia cum nullo prædicato diuino pugnat potentia immediatè operatiua rerum ergo est physice in Deo possibilis: ergo, & decenter Pater: quia si indecens, cum aliquo diuino prædicato pugnet, ergo, & est de facto; quidquid enim possibile, decensque Deum est necessario, & actualiter in Deo est, ne aliquid Deo melius esse possit. Vt huic argumento respondeat hæretici aliquam indecentiam in immediata Dei operatione debent assignare: sed quia debitum à tempore Arrii non soluunt neque vquam soluendo erunt. Præsto gratis, quod non debeo, neque ipsi sponte recipiant: immediata Dei operatio erga creata non solum non indecens, sed in primis honorifica Deo est, ergo stat illa minor. Antecedens probat. Ex immediata Dei operatione primæ, atque vniuersalissimæ causæ honos, & omnipotentis gloriæ Deo accrescit: inde creatorum omnium in fieri, & conseruari dependentia strictissima, atque ad ipsum rigida seruitus: atque in Deo contra, creatorum omnium supremum Dominum. Quæ omnia, nec gentiles Philosophos latere potuerunt. Vnde ter Maximus Hermes de natura vniuersæ ad Asclepium teste Cyril. Alex. 2. contra Iulian. longè à med. scribebat: *Vna est ipsi gloria facere omnia.* Reliquorum philosophorum testimonia plura legat qui volet apud Cyrillum ibidem.

6 Argo secundo ex eodem Arrianorum testimonio. Creare adhuc instrumentaliter cuius creaturæ repugnat: ergo, vel filius Deus est, & principalis creator, quod negat, vel creationi contra eorum testimonium, neque instrumentaliter interuenit. Infero secundo: ergo Deus solus, ac perinde immediatè creat. Antecedens non est ita apud Recentiores nonnullos constans; quia creationis natura non satis ab omnibus penetratur, nec eius definitio intelligitur. Mihi autem est certissimum

num, ut controuers. physica de creatione facile ostendit. Quia creare solius Dei est, quare locum instrumentalis creatio non habet, adhuc in creatura. Id quod nunc solum autoritate, ac theologicè probabo. Ita docet. Cyril. Alex. 2. thesau. cap. 2. fine lib. 5. cap. 3. sub init. & infra: lib. 6. cap. 2. med. lib. 12. cap. 15. col. 2. lib. 2. contra Iulian. post med. Athanas. orat. 3. contra Arrian. vers. me d. epist. ad African. vers. med. epist. Admirabere, ad Serapion. post med. dialog. 3. de S. Trinit. vers. fin. qui omnes creationem solius virtutis diuinæ esse defendunt, creatamque omnem virtutem excedere. Id ipsum contra Saturninum, vel Saturnilum, ac Basilidem, quia septem Angelis mundum creatum delirabant. Docent Irenæ. lib. 1. cap. vigesimo-secundo, lib. 2. cap. 66. fine Damasc. 2. de fide cap. 3. fine. Epiphani. hæresi 23. & 24. & contra Platonem (erroris huius auctorem teste Cyrillo 2. contra Iulian. med.) August. 12. de ciuit. cap. 24. post med. cap. 25. & 26. 3. de Trinit. cap. 8. & 9. Degenes ad liter. 9. cap. 15. Cum tamen tam verbo, quam septem Angelis præfati hæretici solam instrumentalem actionem deferrent: Denique Spiritus S. diuinitatem ex rerum creatione probant Athanas. citata epist. & d. Laodicea contra Arrium Concil. Nicæn. lib. 2. post med. §. in libro 106. Nyssen. orat. catechet. cap. 4. Naz. orat. 44. in S. Pentecost. longè à med. Epiphani. in Anchor. post init. Cyrill. lib. argumentor. Quod Spiritus Sanctus sit Deus. longè à med. Basil. 5. contra Eunom. lect. 16. homilia 17. in S. Baptisma post med. Gregor. Boëtic. de Trinit. circa finem.

7 Tertiò deniquè ex eodem testimonio argumentor. Quia quæ per verbum instrumentaliter creata, facta uè à Deo dicuntur, sunt quæ liberè, vel etiam quæ necessariò à Deo producuntur. Rogo an filius uerbum ad classem liberè effectorum, an necessariò productorum pertineat? Si ad hanc Deus æternus erit: cum sit in existendo terminus necessariæ connexionis Dei. Si ad classem liberè productorum atinetur, cum nihil sine uerbo instrumentaliter, ut uolunt, producat, factum liberè à Deo sit, si uerè possit, per se ipsum saltem instrumentaliter factum est uerbum, quod implicat uel per aliud uerbum, de quo in infinitum redintegrabitur quæstio an per se, uel per aliud, & hoc per aliud, quousque in aliqua sistant, quod Deus sit, ac non factum, quodque author sit principalis, æquè, ac Pater creatorum, non minister, aut instrumentum creatiois. Ita contra Arrianos arguit Athanas. epist. ad African. post med. dialog. de S. Trinit. contra Anomæ. vers. med. Cyril. 7. thesau. cap. 1. med. lib. 10. cap. 4. longè ab init. Gregor. Boëtic. de Trinit. col. 3. Ambros. 1. de fide ad Gratian. c. 6. longè à princip. lib. 3. cap. 3. fine August. lib. contra sermones Arrianor. cap. 2. med. 1. de Trinit. c. 6. sub init. tractat. 1. in Ioan. post med. & infra, Anselm. cap. 28. Monolog. circa medium.

CERTAMEN IV.

Hand segnius ex altero fundamento suo hæreticos impugno.

1 Alterum hæreticorum fundamentum est: quod Ioan. 5. Filius de se dicat: non posse à se facere quidquam: sed solum, quæ uiderit Patrem facientem hæc ipsum similiter facere: quæ de se, ut Deus est, planè dixit, cum similita de Spiritu S. non incarnato dicantur, ut mox uidebimus: quare iussu, ab audicione, atque ex Patris arte, & disciplina filius, & Spiritus uidentur operari. Sic autem salutem ex inimicis nostris erunt Patres. Omnis rationalis creatura aliquid è se facere potest, quod nequeat Pater æternus efficere, u.g. peccatum, & mendacium Ioan. 8. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur. Vnde Concil. Arausican. canone 22. ex Leone M. Nemo habet de suo, nisi mendacium, & peccatum: atqui filius ratio-

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo uno & Trino.

nalis est, & à se ipso nequit facere quicquam, nisi quod uiderit facere Patrem: ergo non est creatura, sed Deus eiusdem operationis cum Patre: alioqui, si eiusdem naturæ, & operationis cum Patre non esset, posset ab illo in operando, uel omittere, uel dissentire. Sic arguit Basil. epist. 141. ad Cæsarium longè à med. Chrysostom. in Ioann. 5. hom. 37. longè à med. Cyril. Alex. 2. in Ioann. c. 135. col. 1. ac uersus fio. Ambros. 4. de fide ad Gratian. c. 3. longè à med. Hilari. 7. de Trinit. uersus med. & 9. post med. August. 15. de Trinit. cap. 14. circa med. contra ferm. Arrian. cap. 14. fin. tract. 20. in Ioann. col. 2. ubi ponderat ex contextu à nulla Patris operatione posse filium desistere: unde identitas naturæ, potentia, & operationis cum Patre in illo efficacius arguitur, ut sine argumenti dicebam.

2 Secundo argumentor ex uerbo illo filius, naturalis nempè: atqui filius eiusdem naturæ est cum Patre: ergo, & potentia, & operationis eiusdem. Ita arguebat olim 7. de Trinit. med. ac uersus lib. 9. Hilari. sic effectus: Filius est, quia à se nihil potest: Deus est, quia quicumque Pater fecit, & ipse eadem facit: unum sum, quia ex æquatur in honore, & eadem facit, non alia. Cyril. Alex. 2. in Ioann. cap. 135. col. 1. Impossibile est, cum filius eius, & ex eo naturaliter sim, me aliud uelle, aut aliud facere, quam, quod Pater uelit, & faciat. Non quia, quasi exemplo quoddam didicim, aut quia uoluntate imitandum esse Patrem iudicauerim: sed quia nature legibus ad eandem operationem, atque consilium conscendo. Confirmatur primo: quia ex unitate, & identitate naturæ æqualitatem, imò identitatem operationis filij cum Patre probat Ambros. 1. de fide ad Gratian. cap. 2. med. cap. 7. post med. lib. 2. cap. 3. cap. 4. post init. lib. 3. cap. 5. fine, lib. 4. cap. 5. & 6. lib. 5. cap. 1. ac 1. de Spiritu S. cap. 7. circa med. cap. 13. cap. 14. lib. 2. cap. 4. 5. 8. & infra, ac fufius cap. ult. & lib. 3. Idacius Hispanus, aduersus Varinand. quatuor uicimis folijs.

3 Firmatur secundo: quia Christus ex identitate operationis sui cum Patre Dei filium, ac Deum esse calumniatibus Iudæis, quod se utrumque prædicaret, ostendit Ioan. 10. n. 37. Quo argumento usus est Nyssen. de Trinit. ad Eustachium sub med. Necessè (inquit) est, ut à pari eademque efficacia, & operatione unio-nem nature ratione colligamus. Quod pluribus operationibus numeratis confirmat ibi, & lib. ad Ablab. Quod non tres dii, circa med. orat. catechet. cap. 4. Athanas. ferm. in Euangel. de SS. Deipara sub init. Basil. 4. contra Euhom. sub init. Quorum eadem sunt operationes substantia una; operatio uero Patris, & filij una est. Repetit 3. de Spiritu S. contra Eunom. à med. hom. 27. de Spiritu S. fine, hom. 17. in S. baptisma post med. Chrysost. tom. 1. in id: Saluum fac dextera tua tom. 3. hom. 3. de Spiritu S. Hæri à nobis. circa med. Cyril. 1. thesau. cap. 9. med. Patris, & filij una operatio est, & eadem uirtus: ergo filius Patri consubstantialis est. Similiterque pro consubstantialitate Spiritus S. arguit 4. thesau. cap. 2. fine, cap. 3. ante med. cap. 4. 5. & 6. ac 3. dialogor. de Trinit. longè à med. exposit. symboli Nicæni Anastasius Synait. 1. de rectæ fidei dogmatibus col. 6.

4 Arguo tertio, uel potius distortum sensum hæreticorum emendo. Ideò enim à se ipso nihil filius facit, sed à Patre, quia ab eo naturam, potentiamque eandem recipit Patris quare, & operationem. Sic cum locum interpretatur Damasc. 4. de fide cap. 19. post init. Nam nisi Pater est, non est filius: ex Patre enim filius. Athanas. orat. 4. contra Arrian. sub med. & dialog. 1. de S. Trinit. contra Anomæ. longè à med. d. Laodicea cum Arrio uers. finem. August. contra sermones Arrianor. cap. 14. Ideò dictum est, quod non faciat aliquid filius à se, quia non est à se. tract. 20. in Ioann. col. 3. Quidquid filius habet, ut faciat, à Patre habet, ut faciat. Quare à Patre habet, ut faciat: quia à Patre habet, ut filius sit. Notauit uero Hilari. filium, licet à se non agat, per se agere, Naturæ, ait, hæc unitas est, ut ita per se agat, ut à se non agat: Ee

agat: & ita non abs se agat, ut per se agat. Ex quo ibidem vocarunt Mag. r. d. 42. cap. vlt. vbi eius interpretes, & d. 20. vbi Argentan. q. vnic. Carchuf. q. 1. Alex. 1. p. q. 21. memb. 1. art. 3. Albertus q. 77. m. 1. q. incidenti p. 1. ad 1. S. Thom. 1. p. q. 42. art. 6.

5 Arguuntur quarto: quia ibidem filius, que facit Pater similiter facere, dicitur. Ergo non instrumentaliter, & seruiliter, nec dissimiliter, sed dominanter, ut potè eiusdem substantiæ, & potentie cum Patre, ut bene Basil. 4. contra Ennom. sub init. Quæcumque Pater facit, hæc, & filius similiter facit: una est ergo substantia P. & filij. Clarius adhuc loquitur loco commo- dius citando n. s. luculentius Naz. orat. 36. 4. de Theolog. circa med. n. 39. Nonne perspicuum est verum formas, idæas, à Patre quidem designari, qui à se habet; à filio autem peragi, tanquam verbo, quod dicit, & iubet, ut fiant, non seruiliter, atque in doctè, sed peritè, & heriliter? atque, ut aptius loquar, Paternè? In hunc quippè sensum verba hæc accipio: quæcumque Pater facit, eadem, & filius similiter facit. Non quia similia sint utriusque opera; sed quod par sit utriusque potestas, atque auctoritas. Athanas. lib. 3. de assumptione hom. col. 2. & d. contra Arrian. in Concil. Nicæno col. 3. dialog. 2. de S. Trinit. contra Anom. vers. med. Virgenium, ait; esse Patri consubstantialem audiuius ipsummet bis verbis dicentem: omnia que facit Pater, & filius facit similiter. Quibus verbis errorem Arrianorum caeteri acbat Chrysothom. hom. 37. in Ioann.

6 In eandem sententiam scribebat Cyril. Alex. 2. in Ioann. cap. 135. sub init: In eo, quod omnia potest similiter, sicut Deus Pater, facere, identitas, substantiæ confirmatur. Similiter enim operantur, que omnino eiusdem nature sunt: que autem diuersas essendi habent rationes, in iis idem operationis modus esse non potest. Sicut igitur Deus verus ex Deo vero eadem Patri similiter facere potest. Hilar. 9. de Trinit. post med. Exprobra infirmitatem Dei filio: adime quoque nature equalitatem; si non quæcumque facit Pater, eadem, & filius facit similiter: si discrimen aliquod paterne virtutis, atque operationis admittitur. Ambros. 4. de fide ad Gratian. cap. 3. sub med. Nec enim similiter potest quisquam facere idem opus, quod alius fecerit, nisi qui, & inæqualitatem non habeat operationis, & nature eiusdem habeat unitatem, Apprimè autem ad eandem sententiam obseruant Augustin. tractat. 20. in Ioann. post med. ac t. de symbol. ad catechum. cap. 2. lib. 2. cap. 3. Leo M. serm. vnic. de Transfiguratio. cap. 6. post med. filium non familia iis, que Pater, sed filialiter facere. Lingua enim verba familia mentalibus facit, non autem filialiter, ac mens: nam hæc facit mentalia imperando: at lingua instrumentaliter exequendo. Lege didimus 2. de Spiritu S. post medium vbi discursum ad Spiritum S. extendit.

7 Quintò ex iis, que sequuntur post verba recitata Ioann. 5. ab Arrianis: Sicut enim Pater suscitauit mortuos, & viuificauit, sic, & filius, quos vult, viuificat. atqui Pater, quos vult, viuificat non instrumentaliter, ac ministerialiter, sed principaliter mortuos viuificat: ergo & filius, qui, quos vult, viuificat, sicut Pater, principaliter mortuos suscitauit. Audi Chrysothom. hom. 37. in Ioann. longè à med. Illa particula: sicut Pater suscitauit mortuos indifferetiam potestatem, quos vult: æqualem demonstrat. quam virtutis, potestatis, & operationis equalitatem filij cum Patre, atque nature unitatem ex eis verbis probant Athanas. dialog. 2. de S. Trinit. contra Anomæ tribus vltimis col. ac 3. de assumpt. homin. post init. Cyrill. Alexand. 2. thesau. cap. 2. circa fin. lib. 4. cap. 2. longè à med. Theodoret. 5. Epitomes diuinor. decretor. cap. 2. vers. fin. Confirmatur: quia Baruch. 3. de Deo, qui in terris visus est, nempe filio, dicitur: Qui emisit lumen, & vadit: vocat illud & obedit ei cum tremore. Stella autem dederunt lumen in custodiis suis: vocate sunt, & dixerunt ad sumus. Marci 9. Surde & mute Spiritus, ego precipio tibi. Lucæ 4. Increpauit Demonium. Matth. 8. Imperauit ventis, & mari. Ergo filius creaturarum, quibus imperat Dominus est, &

auctor cui ad nutum obediunt, non minister, seu illarum creandarum instrumentum.

8 Confirmatur secundò: Filius Spiritu S. inferior non est, sed iuxta Arrianos superior in dominio, arbitrio, ac potestate, erga creaturas: at Spiritus Sanctus cum pleno Dominio, & potestate operatur creaturas: ergo & filius. Minor constat ex 1. Corint. 12. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus diuidens singulis prout vult. Ad quæ Theodoret. proxime cap. 3. circa med. Non enim seruilis ministerij, sed dominicæ auctoritatis est, Sanctissimus Spiritus nec ad opus exequendum subseruit, sed cooperatur, & ut dominus operatur. Confirmat sine, & cap. 4. init. Ambros. de Spiritu S. cap. 1. init. Non enim Spiritus sanctus, aut potestati alienæ est subiectus, aut iuri; sed sui libertatis arbitrio omnia pro auctoritate propria voluntatis diuidens singulis, prout vult. Epiphani. heret. 74. vers. fin. Spiritus Sanctus cooperatur filio, & Patri, & equaliter facit donans, ac largiens, prout vult. Damascen. 4. de fide post init. Similiter, & que facit ab ipso, & cum ipso facit. Nam vna, & eadem, non similis, sed eadem Patris, & filij, & Spiritus Sancti voluntas, atque virtus. Fulcitur eadem minor ex Ioann. 3. Spiritus vbi vult spirat, & sic est omnis, qui natus est ex Spiritu. 2. Corint. 3. sine. Dominus autem Spiritus est: & vbi Spiritus Domini ibi libertas. Ex quibus eandem esse operationem Spiritus Sancti, quæ Patris, & filij probat Basil. 5. contra Eunom. pag. 2. 3. & 4. de Spiritu S. c. 16. hom. 17. in S. Baptisma sub init. Athanas. Dialog. 2. de S. Trinit. contra Anomæ. vers. fin. Dialog. 3. sub med. vers. & circa finem. Dialog. 1. contra Macedon. post med.

9 Audiamus Nyssen. hom. 3. de orat. Dominic. col. vlt. vbi pro adueniat regnum, tuum. luc. 11. legit: adueniat Sanctus Spiritus tuus. quem Dei regnum nulli subiectum inde concludit iterum orat. catechec. cap. 2. post med. de filio, & Spiritu Sancto sic habet: Quomodo Dei verbum putamus vim habere eligendi, esseque operans, & omnipotens: ita etiam Spiritus S. ad verbi similitudinem est in hypostasi vbi eligendi prædicit, per se mobilis, operans, & semper bonum eligente, & ad omne propositum cum voluntate concurrentem habente potentiam. claudat rem hanc Chrysothom. hom. 29. de Spiritu S. circa morale verba ex 1. Corint. 12. recitata n. 8. sic illustrans: operans agendo, non operatur patiendò: operatur, ut vult, non ut iubetur. Sicut enim de Patre dicitur filij; quod excitat mortuos, & viuificat, similiter etiam de se, quod quos vult viuificat: ita etiam de Spiritu Sancto alicuius quidem, quod cum potestate omnia facit nec est, quod prohibeat. Illud enim, vbi vult spirat, etiam si dictum sit de vento, hoc confirmat: sic autem, quod omnia operatur, prout vult. Huc etiam faciunt Hilar. recitatus honore, ac potestate Patri filium ex æquans, Cyril. vero consilio, atque cert. simul cum Patre docens filium regnare.

CERTAMEN V.

Vltimum hereticorum fundamentum regeritur.

1 EX eo autem, quod Ioann. 5. & 8. Pater demonstrat, & doceat, filius videat, & audiat non destruitur catholica veritas, sed adstruitur, si enim conueniant, (ait Cyril. 2. in Ioann. cap. 135. fine) expectari à filio Patris operationem, ut eam imitari possit: ostendunt nobis absque filio à Patre vnquam aliquando esse factum. Sic rogabat Arrium Athanas. de Nicæna contra ipsum col. 3. Quod, nam cultum, & mare fecerit Deus in principio: ac deinde, quid filius cum ea condita vidisset? fatente, verò Arrio vnicum mundum esse inferri igitur ex se, id est arte sua, non paternæ in operibus monstratis imitatione, filius creauit omnia: Eodem argumento vtuntur Naz. orat. 36. 4. de Theolog. circa med. n. 39. concluditque verbis recitatis, cert. 4. n. 5. August. tract. 20. in Ioann. col. 4. Ambros. 4. de fide ad Gratian. col. 3. longè à med. Hilar. 7. de Trinit. vers.

verf. med. atque in eius confirmationem notat Chrysof. hom. 37. in Ioann. non dixisse: *Quæ vidit Patrem facere, et faciet, sed, nisi, quæ vidit Patrem facientem, temporis continuationem significans, ut nimirum scientiæ, & operationis, coniunctio, siue identitas potius in vtroque significaretur.* Dices non faciendâ, sed eorum exemplar à Patre cogitatum in spexisse, atque edoctum fuisse filium, ut operaretur. Sed cuius doctrina Patris sapientia, ut sciat egebit?


2. Audi Hilar. proximè: *An ne demonstratio operum aliquid hic nobis, præter quam naturæ fidem ingerit, ut substantentem filium ex subsistente Patre credamus? Nisi forte per ignorantem credendus est vniuersus Deus doctrina demonstrationis egisset, ac infra demonstrata ait opera filio fuisse; ut demonstratio ipsa naturæ esse substantia doceret: cui, & per dilectionem Patris, operum paternorum, quæ per eum effici vellet, esset connata cognitio. Repetit ibi sapè, & lib. 9. præcipue post med. connatam cognitionem conscientiam, appellans August. tract. 40. in Ioann. circa med. ad Ioann. 8. Sicut docuit me Pater, sic loquor. ita habet: incorporaliter Pater locutus est filio, quia incorporaliter Pater genuit filium. Nec enim, sic docuit, quasi indoctum genuit; sed hoc est eum docuisse, quod scientem genuisse. Si enim simplex est natura veritatis, hoc est filio esse, quod uoluisse. Ab illo ergo habet, ut nouerit, à quo habet, ut sit. Cyrill. Alex. 2. in Ioann. cap. 135. longè à med. Figurâ quâdam operationis paternæ colligere filium credis, atque hoc modo Deum, appellari putas. Doctrina ergo quâdam, & non natura Deus esse uidebitur: & scientia quâdam, & arte more humano Patrem imitabitur. cap. 137. med. Pater filio demonstrat, quæ ipse scit, non quasi de pectore in tabula, nec quasi ignorantem doctrinâ iuuans, sed totum se ipsum in natura filij sic depingens, ut quæcumque in se habeat, in filio demonstraret. Tandem hæc loca de filio secundum humanitatem intelligunt August. proximè, & tract. 99. col. 1. Cyrill. cap. 135. citato Ambros. 5. de fide ad Gratian. cap. 6. in init. ad Ioann. 12. Ego ex me ipso non sum locutus, Epiphani. hæresi 59. circa fin. Chrysof. t. 3. circa fin. ad 1. corinth. 15. Cum autem subiecta fuerint illi omnia.*

3. Eadem ferè argumenta continentur pro Spiritu S. Ioann. 16. *Non enim loquitur à semetipso, sed quæcumque audiet loquetur. Ad quæ August. tract. 99. in Ioann. med. Sic debemus accipere, quod de Spiritu Sancto dictum est: non eam loquetur, &c. ut intelligamus non eam esse à semetipso, atque eius explicata processione addit. Ab illo audiet, à quo procedit. Audire illi scire est: scire uero esse: sicut superius disputatum est: quia ergo non est à semetipso, sed ab illo, à quo procedit, à quo illi est essentia, ab illo scientiæ ab illo igitur audientia, à quo nihil est aliud, quam scientia, iisdem insinuat tract. 100. ex quo de more Bedæ tom. 5. epist. 773. ad Ioann. 16. Præluxit huic expositioni Basil. 5. contra Eunom. cap. 16. med. Dydimus 2. de Spiritu S. med. aiens: Quoniam non ex se est, sed ex Patre, & me est. Hoc enim ipsum quod subsistit, & loquitur à Patre, & me illi est. ac post plura ad rem hanc: loqui ergo Patrem, & audire filium, uel è contrario, filio loquente audire Patrem, eiusdem naturæ in Patre, & filio, consensuque significatio est. Rursus: Spiritus ueritatis, spiritusque sapientia non potest filio loquente audire, quæ nescit: cum hoc ipsum sit, quod profertur à filio, id est procedente à ueritate. consonat Hilar. 8. de Trinit. circa medium.*

4. Cyril. Alex. 13. thesau. cap. 3. sub init. sic in eandem sententiam scribit: *Non ergo potest Spiritus alia loqui, quam filius, cuius mens est. Nihil ergo ex seipso locutum Spiritum dixit: quasi diceret: Ego ipse rursus locutus uobis sum: quemadmodum si humana mens de procedente ab ipso sermone diceret: nihil loquetur à seipso, sed loquetur quæ audiet, ac 10. in Ioann. cap. 41. sine: Cum quasi mens mea sit, ea, quæ mea sunt reuelabit. Non, ut ministri locum habere Spiritus uideatur, ut imperitè à nonnullis prædicatur, sed, ut eiusdem esse cum filio substantiæ confirmetur. Propterea præmi R.P. Christoph. de Ortega, de Deo vno & Trino.*

st: quia etiam uentura annuntiabit uobis, ac si diceret: id scilicet uobis sit ex mea illam substantia esse, & mentem esse quasi meam, quia futura, ut ego uobis, prædicet: quod facere minime possit, nisi in me esset: & cum per me procedat eiusdem mecum substantiæ sit. Confirmatur: quia rationem reddens Christus, cum Spiritus à se ipso locutus non esset, ait: quia de meo accipiet, & omnia, quæ habet Pater mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet. Quibus Spiritus à filio processio continetur, ut d. 2. monstr. aui. Ad hæc Basil. 5. contra Eunom. sect. 16. post med. Chrysof. tom. 3. hom. 3. de Spiritu S. à med. Non loquitur à semetipso, id est, falsa, atque à Deo aliena. Interpretatur. Ambros. 5. de fide ad Gratian. cap. 5. sub init. alias cap. 6. dictum notat, ut aduertemus, quod quidquid Spiritus loquitur, loquitur, & filius: & quidquid loquitur filius, loquitur, & Pater: quia una essentia, & operatio Trinitatis est.

5. Accedunt pro ueritate potentia, & operationis Spiritus S. cum Patre argumenta omnia facta pro filio cert. 4. Denique communem, unam, eandemque esse uoluntatem, potentiam, operationemque Trinitatis docent Dionys. 2. de diuin. nom. sub init. Damasc. Pap. profess. fidei ante med. anathematismo. 13. & anathematismis aduersus Arrium, Apollinar. & Sabellium &c. Agatho Papa epist. apud 6. Synod. act. 4. Synodus 6. ibi in suggestione 125. Episcoporum. & act. 17. Iustin. exposit. fidei de Trinit. uerf. med. Sophron. 6. Synod. act. 11. epist. professione fidei cap. 10. ante med. & fin. August. sapè hom. 20. in Ioann. à med. Leo M. ferm. 2. de Pentecostes cap. 2. & 3. ferm. 3. cap. 1. fine, cap. 2. in init. Concil. Toletan. 6. cap. 1. post med. Toletan. 11. profess. fidei post med. Rem totam eleganti digitorum similitudine sic explicat Isidorus nosster: *In tribus quippe digitis irman diuina omnipotentia equalitatem sub quadam mysterij lance librauit: & paritate uirtutis cooperationem potentia, & unitatem substantie in tribus digitis declarauit. nempe Iſai. cap. 14. lib. autem 7. ethymolog. cap. 2. & 3. atque 2. de differentiis spiritalibus exemplo branchij, manus, & digiti eandem ueritatem declarat. Tandem tres personas unum esse creaturarum principium definitur cap. firmiter, de summa Trinit. sub init. docentque Naz. orat. 37. 5. de Theolog. col. penult. orat. 49. de fide longè ab init. Athanas. orat. contra Gregales Sabell. circa med. orat. 5. contra Arrian. in init. Cyril. 12. thesau. cap. 15. sub init. Hilar. 6. de Trinit. col. 4. August. 5. de Trinit. cap. 13. & 14. lib. 10. de ciuit. cap. 23. uerf. fin. 3. contra Maximin. cap. 17. circa fin. tract. 29. in Ioann. ab init. Prosper. in id psalmi 109. Tecum principium. Anselm. epist. de process. Spiritus Sancti post med. 5. diligentius. Magist. in 1. d. 29. c. 2. ubi Scholastici interpretet, reliquique omnes Scholastici controuerſistæ, & quotquot Catholici hæc de re scripserunt.*



Q V Æ S T I O III.

An quòve pacto, filius, & Spiritus S. requirantur ad creaturas producendas?

ID I M V S creaturarum productionem æquè, & communiter cum Patre personas procedentibus, saltem identitatis iure cum omnipotentia competere: rogatur ergo an alio titulo per se, nec solum materialiter requirantur?

CERTAMEN I.

Per se requiruntur ad creaturarum productionem.

1 **S**cotus quodlibet. 8. art. 1. sine, Vasquez d. 152. n. 5. Molina 1. p. q. 45. art. 6. §. vlt. Soar. 1. de Trinit. cap. 11. Lorin. in Psalm. 32. versu 6. asserunt filium, & Spiritum S. solum materialiter concurrere ad creaturarum productionem, & comitanter se ad illam habere, quatenus potentiae productivae identificantur. Ad sententiam dubitantur Dur. 1. d. 29. circa fin. videnturque favere Bellarmin. 2. de Christo cap. 27. circa fin. §. respondeo Patrem, Caiet. 1. p. q. 45. art. 6. fin. Capreol. in 2. d. 1. q. 3. art. 3. versu. fin. Argumenta verò solum probant non requiri, ut constitutiva omnipotentiae, seu cognitionis, & volitionis, diuinæ ad creaturarum productionem: sed non requiri, ut necessarias condiciones: quin, cum in aliquorum ex eis, maxime Soariz sententia, actiones sint suppositorum, ut sonar: ac proinde Patris personalitas per se ad creaturarum productionem, saltem, ut conditio requiratur: atque aliunde filij, & Spiritus Sancti personalitates non minus propriae naturæ diuinæ sint, quam personalitas Patris: nescio quo deum pacto hæc per se ad creaturarum productionem requiratur, sed illa.

2 Henricus quodlibet. 6. q. 2. ac 2. p. sum. art. 73. q. 3. corp. versu. fin. littera T. asserit verbum, & Spiritum S. per se ad creaturarum productionem requiri, tanquam practicam earum notitiam, & amorem: quia cognitio, & amor essentialis speculatiuus est, atque ad creaturæ productionem, & executionem insufficientis. Verum sententia hæc temeritatis, periculi, errorisque notatur à pluribus, ut videre est in Molin. 1. p. q. 45. art. 6. longe à med. Valent. q. 2. de productione rerum punct. 3. post med. Ruiz d. 109. sect. 1. n. 2. Ratio est: quia omnipotentia attributum essentialis est, quod proinde, neque claudit, neque supponit notionalem quidpiam: est cognitionem, atque amorem practicum vel claudit, vel supponit. Ergo hæc essentialia sunt, non notionalia. Secundo: quia idea, atque diuina, & impulsus affectiuius, applicatiuus ad opus, qui sunt actus practici cognitionis, & amoris nullam inferunt, continent, vel supponunt oppositionem relationali: ergo personales non sunt. Tertio: quia est cognitio, & volitio de re faciendâ, & modo, quo faciendâ est: atqui in his consistit scientia, & volitio practica artificis: ergo est in Deo practica cognitio, & ars rerum faciendarum in communibus. Quarto: quia nihil representationis, aut volitionis formalis de re faciendâ, & modo, quo faciendâ est asserunt Deo sapientia, & amor notionalis, quibus formaliter cognoscere, & amare Deum hæreticum est. Quinto denique: quia in hac sententia nulla persona, neque Pater ipse principium adæquatum creaturarum erit, adhuc identitæ, sed solum inadæquatum: cum neque Pater duabus aliis personis identificetur.

3 Dicendum est filium & Spiritum S. requiri per se ad creaturarum productionem, ut terminos per se, & essentialiter requisitos cognitionis, & amoris necessarii ad illas producendas. Sic censet S. Thom. opusc. 1. contra errores Græcor. cap. 7. & 4. contra 9. cap. 13. post med. vbi Ferrara col. 4. & 5. de potent. quæst. 1. art. 3. ad 6. quæst. 10. art. 2. ad 19. de verit. quæst. 4. art. 4. & in 1. d. 14. quæst. 1. art. 1. corp. d. 26. q. 12. art. 2. ad 2. d. 27. art. 3. ad 6. d. 32. q. 1. art. 3. corp. 1. p. quæst. 33. art. 3. ad 1. q. 46. art. 6. Scotin. 2. d. 1. quæst. 1. §. Ad questionem. Capreol. quæst. 3. art. 1. conclus. 2. & art. 3. versu. fin. si legatur attentè inclinatur Carthus. in 1. dist. 32. quæst. 1. col. penult. Ricard. d. 13. art. 1. quæst. 5. Bonau. d. 6. art. 1. quæst. 3. corp. & ad

2. d. 27. p. 2. art. 1. quæst. 2. corp. in 2. dub. 3. litterali Alex. 1. p. q. 62. m. 1. art. 3. & 4. Albert. q. 35. m. 3. art. 2. fin. art. 4. ad 2. ad quam tandem sententiam se recepit Henricus loco vltimo citato ex Nouioribus consentiunt Valentia p. 1. q. 2. punct. 3. §. Secundo, & S. Tertio, Ruiz d. 111. sect. 2. Probatur facillè: quia cognitione, & amore essentiali procedunt per se filius, & Spiritus S. ut ferè dogmaticum est, satisque probatum d. 3. ergo sunt termini per se illorum: ergo deficientibus illis cognitio, & amor essentialis per locum intrinsecum, ac per se deficeret: non minus, quam deficiente termino actionis creatæ actio ipsa per se, ac per locum, ut aiunt, intrinsecum deficeret. Atque cognitio, & amor essentialis per se, & essentialiter requiruntur ad productionem creaturarum: ergo & filius, & Spiritus S. per se ad earundem productionem tandem requiruntur.

4 Probatio hæc plures continet à Patribus tactas, expensasque à Ruiz à sectione 3. Prima est: quia creaturæ nequeunt fieri, nisi dicantur, imperentur, ac iubeantur, ut fiant: at nequeunt dici, iuberi, & imperari nisi per filium, qui solus verbum, & imperium in diuinis est: ergo filius per se requiritur, ut creaturæ fiant. Hoc argumentum indicatum, notatumque, quasi digito, est in vtriusque testamenti exordio: quippe in Genesi nihil sine dictione, atque imperio Dei productum, factumve fuit, ut patet Genes. 1. Dixitque Deus, & statim: fiat lux: fiat firmamentum: producat terra: germinet terra: in nouo autem Testamento Ioann. 1. In principio erat verbum &c. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Eorum autem mysteriosam consonantiam ad rem hanc obseruabat August. tract. 1. in Ioann. post med. tract. 20. versu. med. 2. de Genes. ad liter. cap. 6. medi. vltimus sap. 9. Fecisti omnia verbo tuo. Iudith. 16. dixisti, & facta sunt. Psalm. 44. Ipse dixit, & facta sunt. psalm. 32. Verbo Domini caeli firmati sunt. 2. Petri 2. Terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo, & infra: Eodem verbo reposita sunt. Pro quo argumento faciunt August. proximè, & 1. de Genes. ad liter. cap. 3. circa fin. contra ferm. Arrianor. cap. 3. ante med. 15. de Trinit. cap. 11. longè à med. 11. confes. cap. 7. fin. Ambros. de filij diuinit. cap. 6. circa med. Origen. hom. 3. in uariis ad Ioann. 1. In principio erat Verbum. Nazianz. orat. 49. de fide versu. fin. Nyssen. de Trinit. & aduentu Domini contra Iudeos col. 2. Athanas. de decretis synodi Nicæ. med. Dialog. de S. Trinit. contra Macedonian. versu. fin. qui cum reliquis omnia per verbum, quo iubebar, & dicebat Deus creata asserit. Addit verò, neque aliter fieri potuisse orat. 2. & 4. contra Arrian. & tota orat. 3. præcipue sub init. ac versu. med. epist. littere longioris ad Serapion. col. antepenult. ex quo præsertim S. Thom. opusc. primo contra errores Græcor. cap. 7. post med.

5 Simile argumentum ducitur ex eo, quod filius sit sapientia, & ars (genita) iuxta Concil. Nicæn. lib. 1. med. §. sepe numero, sine qua sapientia, & ars essentialis necessaria ad creaturas efficiendas esse nequit. Sic arguit Concil. Nicæn. proximè orat. 1. contra Arrian. circa & post med. 2. longè ab init. 3. versu. med. & fin. d. contra Arrian. in Concil. Nicæn. col. 4. Nyss. orat. catechet. cap. 5. sub init. Naz. orat. q. 30. 3. de Theolog. versu. carmine arcan. 1. post med. Cyril. Alex. 4. Dialogor. de Trinit. versu. fin. exposit. synboli Nicæni col. 5. 2. in Ioann. cap. 133. post med. Ambros. 4. de fide ad Gratian. cap. 3. longè à med. lib. 5. cap. 7. longè ab init. lib. 11. cap. 6. longè à med. lib. 3. cap. 3. fin. Synod. Anthioc. profess. fidei Episcopor. ad Paulum Antiochea. tom. 1. Concilior. Damasc. de Trifagio p. 2. pag. 2. August. in id psalmi 61. Semel locutus est Deus, & 6. de Trinit. cap. 11. post med. Nec est dissimile quod Verbum est imago, id est, & exemplar faciendorum, sine quo artifex operari nequit, ut arguunt Basil. 2. contra Eunom. post med. & lib. 5. longè ab init. lect. 6. & post med. lect. 13. Athenagor. legatione pro Christian. versu. med. Euseb. Cæsariens. 4. præparat. euang. cap. 4. sub

init. cap. 5. sine August. ferm. 18. de verbo Domini fecundum Ioann. col. 1. quos recitat Ruiz lect. 5. ego solum S. Thom. 1. p. 35. aptius ad Scholas loquentem art. 6. corp. *Deus est causa rerum per suum intellectum, & voluntatem, sicut artifex rerum artificialium: Artifex autem per verbum in intellectu conceptum, & per amorem suæ voluntatis, ad aliquid relatum operatur: vnde, & Deus Pater operatur est creaturam per suum verbum, quod est filius, & per suum amorem, qui est Spiritus Sanctus. Subdit autem: Et secundum hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum, in quantum includunt essentialia attributa. Rectè quidem, nec aduersè. Processiones enim, quæ tales, nec exemplar, aut idæa, aut terminus per se requisitus ad essentialia cognitionem, & amorem sunt, sicut filius, & Spiritus S.*

CERTAMEN II.

Specialia pro Spiritu Sancto argumenta, & obiectionum solutiones.

1 **E**Idem ferè gradibus id ipsum de Spiritu S. notatur Genes. 1. ubi sæpè Deus ea quæ faciebat vidit quod esset bonum, quæ expendens August. 11. de Trinit. cap. 4. post med. ait: Satis significatur Deum nulla necessitate, nulla sua cuiusquam voluntate, indigentia, sed sola bonitate fecisse quod factum est: id est, quia equaliter bonum: & quod spiritus S. simul, & Patris, & filij bonum est: quod ideo postea, quam factum est, dicitur, ut res, quæ facta est, congruere bonitati, propter quam facta est, indicetur. Quæ bonitas si Spiritus S. rectè intelligitur, vniuersa nobis Trinitas in suis operibus intimatur. & 2. de Genes. ad litter. cap. 6. cum audimus, & vidit Deus, quia bonum est, intelligimus in benignitate Spiritus eius non quasi cognitum postea, quam factum est, est placuisse: sed potius in ea bonitate placuisse, ut maneret factum, ubi placebat, ut fieret. item Iudith. 16. ubi de verbo asseritur creatio, quæ etiam de Spiritu Sancto: *Misisti spiritum tuum, & creata sunt. sicut & Psalm. verbo Domini celi creati sunt, & spiritus oris eius omnis virtus eorum. Sed filius requiritur per se ad illam: ergo & Spiritus Sanctus. Cõfirmatur: quia Spiritus S. Dei virtus appellatur æquè, ac filius à Damasc. Epist. de Trifagio pag. 4. & circa med. à Cyril. Alex. 3. thesau. cap. 2. post med. & lib. 14. cap. 1. sine ex 15. ad Roman. ubi ait: *Naturalis quædam virtus, & vivens, & ut ita dicam, qualitas Deitatis filij Spiritus Sanctus est.* Ambros. 2. de Spiritu S. cap. 1. sine, & merito: quia terminus necessarius volitionis diuinæ est, quæ, vel est omnipotentia, vel eius applicatio: atqui virtus per se in vno quoque requiritur ad operandum; ergo, & Spiritus Sanctus ad creandum.*


2 **C**onfirmatur secundo: quia ad hanc necessitatem explicandam Spiritus S. Dei manus appellatur à Basil. 5. contra Eunom. sub init. ex Psalm. 18. *Opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Psalm. 101. *Opera manuum tuarum sunt celi.* Iob. 10. *Manus tuæ Domine fecerunt me.* cap. 33. *Spiritus Domini qui fecit me.* Synod. Nicæna lib. 2. post med. 6. in libro Iob, & S. *sufficiunt*, relata ab Ambros. 3. de Spiritu S. cap. 18. post init. Chrysost. tom. 1. in psalm. 107. ad ichsaluum *fac dextera tua.* ubi manus dexteram, & digitum Dei Spiritu S. appellat: sicut Ambros. 3. de Spiritu S. cap. 2. ante med. cap. 3. & 6. Anastas. Synait. 1. de decret. fid. dogmaticis post med. Ildor. 7. Etymolog. cap. 2. circa med. cap. 3. post med. de differentiis spiritualibus cap. 1. circa med. Cyril. 1. thesau. cap. 1. post init. lib. 3. cap. 3. post init. cap. 7. post med. lib. 13. cap. 2. vers. med. & infra Leo M. ferm. 8. de nativiti. circa fin. LaGance. 4. diuinar. in scitur. cap. 29. circa med. quos dedimus d. 10. q. 6. cert. 1. n. 3. Denique quia Pater omnium sententia per se requiritur ad creaturarum productionem: atqui pro illo nulla est specialis ratio, quæ non sit pro filio, & Spiritu S. atque æquè Patres, & scriptura tres personas operari creaturas docent: ergo filius, & Spiritus

S. per se requiruntur ad productionem creaturarum.

3 **O**ppositiones, quas contra Henricum fecimus nos minimè tangunt: quia filium, & Spiritum S. tanquam omnipotentia, aut intellectiois, & volitionis diuinæ virtutem requiri negamus: solumque asserimus requiri, ut intellectiois, & volitionis, quæ vel omnipotentia, vel eius applicatio sunt, terminos necessarios: vnde ad creaturas producendas necessario requiruntur mediæ, non secus, atque obiecta cognitionis, & volitionis diuinæ, quæ sunt primaria, & per se illarum, ad creaturas producendas, mediæ requiruntur per se, quatenus illa sine eis esse nequeunt, neque sine illis creatura fieri possunt. Neque vero refert Philosophos filij, & Spiritus Signatos demonstrasse creaturarum productionem à Deo media intellectiois, & volitione ipsius, ex effectis quippe, & principiis naturali discursu assequibilibus personarum Trinitatem humanis discursu assequi nequit: quare neque connexionem per se intellectiois, & volitionis diuinæ cum personis procedentibus, neque creaturarum per illas productionum medietatem dependentiam ab eis.

4 **O**ppones secundo: Filius, & Spiritus S. sunt termini per se intellectiois, & volitionis diuinæ, quibus procedunt: & tamen neuter per se ad sui productionem requiritur: ergo neque eodem titulo possunt per se requiri ad creaturarum productionem. Nego consequentiam: quia respectu suæ processiois, ita sunt termini per se, ut ipsa sint posteriores, vel simultanei natura, vel origine: quare nequeunt priori ad illam constitui; nam autem posterioritatem, vel simultatem naturæ cum productione creaturarum non habent, sed solam connexionem cum principio earum: quare & ex parte illius pro priori naturæ ad earum productionem rectè constituuntur. Hinc languet altera obiectio. Pater solus est principium nobilioris productionis filij, quin hic ex parte principij supponatur: ergo, & erit ignobilioris productionis creaturarum, quin supponatur ex parte principij filius. Negatur enim ex dictis facile consequentia. Neque enim ideo præcedit, ut impotem Patrem iuuat ad creaturas producendas: est enim Pater omnipotens, sed ratione connexionis essentialis cum cognitione, & volitione, per quas Pater producit, atque non posterioritatem, seu simultatem naturæ cum earum productione: qua negatione potest pro priori ad illam constitui, atque adesse.

5 **Q**uarto obiectis: Filius, & Spiritus S. per se requiruntur ad creaturarum productionem: ergo Pater nihil potest creare, aut producere à dextra sine illis: est euidentis. Inde infero primo: Ergo absolute Pater non solum omnipotens, sed neque aliquipotens est. Infero secundo: ergo est imperfectè potens cum aliis egat, ut faciat, & operetur creata. Nego consequentiam utramque. Pater enim potentiam integram habet, atque omnipotentiam se solo, licet in se solo non habeat conditiones omnes ad agendum, nisi adsint personæ procedentes: sicut ignis integram calefactiuam potentiam habet, & perfectam, licet extra ipsum applicatio ad agendum, & calefaciendum requiratur. Secunda consequentia vim maiorem habere videtur contra potentia spiritali constitutionem. in Patre enim integra, & adæquata non est, ut diximus d. 4. Sed tamen respondit doctè S. Thom. opusc. primo contra errores Græcor. cap. 7. sub init. *Indigens est, cui in se considerato aliquid deest ad suam perfectionem.* nihil autem deest Patri ad suam perfectionem, ut pater: nam esse adæquatum principium spiritalium non connexum in spirando cum filio perfectio Patris vera non est, sed chymærica: atque item filius Patri cui in natura identificatur, necessarioque adiunctus terminus est deesse non potest: quare circumfessiuè intra se alter alterum habet.



QVÆSTIO IV.

De Personarum æqualitate, quoad personalia.

D plenum huius æqualitatis examen duplex comparatio personarum fieri potest: nempe vel vnus ad vniam, vel vnus ad reliquas, seu ad omnes.

CERTAMEN I.

Quævis persona cuius ex aliis personarum æqualis est.

1 **E**x hæreticis Arrianis nemo fuit, qui personaliter æquales Patri filium, & Spiritum S. non negaret; cum essentia etiam, inferiores assererent. Ex nouis vero Arrianis Valentin. Gentil. cum suis, licet quandoque vtrumque increatum, & æternum fateretur; tamen Patrem cæteris eminentiore, atque essentiatorem filium, & Spiritum S. essentiatos aiebat apud Bellarm. 1. de Christo cap. 2. ante med. atque inconsequenter circumscriptæ substantiæ illos esse docebat teste Generbrard. 2. de Trinit. sub init. S. Ex his igitur. Neque ab hoc errore, & in consequentia distat Origen. 13. in Ioann. asserens Patrem tanto duabus personis superiorem esse, quanto ipsæ creaturis, vt refertur in collectanea de eius vita initio operum cap. 6. tit. 2. de Spiritu S. Clithourus in Damasc. lib. 1. cap. 11. longè ab init. catholice constans in Personarum consubstantialitate; docuit tamen modum existendi producentium, qui plane personalitas est, perfectiorem modo existendi procedentium esse. Id quod pie pluribus explicant, non magno operæ pretio. Suaderi posset ex Ioann. 14. *Pater maior me est.* quod, cum in essentialibus admitti salua fide nequeat, in personalibus videri necessario admittendum. Secundo: quia teste eodem filio: *Beatus est dare, quam accipere: sed producentes dant, procedentes vero accipiunt, vt filius ipse de se, ac de Spiritu S. sæpe fateretur: illa ergo his beatiore, seu perfectiores erunt.* Tertio: quia personæ personaliter, quasi specie differunt: at species teste Aristot. 8. met. textu 10. inæquales sunt, sicut numeri: ergo personalitates, atque personæ illis constitutæ inæquales erunt: quare producentes, maiores, perfectioresque procedentibus.

2 Confirmatur ex Aristot. 5. met. cap. 8. textu 18. dicente: *Si enim non similiter patet, quod alterum minus: at qui personæ non se habent similiter in personalibus, sed potius dissimiliter, & oppositè: ergo se habent inæqualiter in personalibus: ac proinde producentes producente personaliter erit perfectior.* Virgo: quia, si Pater, & filius sunt etiam personaliter æquales duo Patres erunt, non filius, & Pater: argumento vimirum Aug. 3. de libero arbitrio cap. 9. sub init. sic hæreticum, nescio quem, impugnantis. Sed, si qualem videt solem, talem dicit lunam esse debuisse, non intelligi nihil aliud se dicere, quam non esset luna, sed soles duo. Hoc faciunt Patres, qui Patrem caput filij, ac filium Spiritus Sancti appellant. August. 9. veter. testam. Chrylost. 1. Cor. 11. hom. 26. col. 3. Ambros. ex Theodoret. ad locum eundem Tertullian. 14. contra Prax. S. Thom. opusc. 1. contra errores Græcor. cap. 1. ratione 1. Alij item, qui Patrem Principem naturam veritatem, in quem confirmatur Trinitas, principem, & præcipuum, nominant. Nyssen. de different. essent. & hypothas. versus med. Dionys. Roman. apud Athanas. de decret. Nicæn. Synodi post med. ac de communi essent. Patris &c. cap. quod Spiritus sanctus sedeat.

sic illud psalm. 109. *Sede à dextris meis.* expendit: *Ex eo autem, quod filius sedet ad dexteram intelligere licet, quod per consequentiam dixerit suo Spiritui sede à sinistris.* Vocabulum autem sessionis dignitatis significationem præ se fert. Naz. orat. 26. de inoderat. in disput. &c. col. 3. sic ait: *Spiritum Sanctum hoc solo nomine cedentem Patri, quod ingenitus sit, hoc nem filio, quod genitus sit.*

3 Concors tamen, vtpote catholica, Patrum, & Theologorum sententia est quamuis personam, etiam procedentem, cuiusvis personalem perfectionem æquare, ita expressit Athanas. in simbolo: *In hac Trinitate nihil maius aut minus, sed totæ tres Personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.* Anselm. 5. & 7. Monol. *In eundem esse inueni in Patre, & filio, & vtriusque Spiritu, quomodo sint in se inuicem tanta equalitate, vt nullus alium excedat.* Infra: *Tanta igitur Pater, & filius, & vtriusque Spiritus equalitate se se complectuntur, & sunt in se inuicem, vt eorum nullus alium excedere, aut sine eo esse probatur.* Naz. orat. 49. col. 3. & longè à med. sic de filio ait: *Esse totum de toto, integrum de integro, perfectum de perfecto.* Similia scribit Ricard. Victor. 5. de Trinit. toto cap. 2. 4. Fulgent. 3. ad Monim. cap. 7. med. *Verbum tantum est, quanta est mens ipsa, de qua est.* Rationem egregiam, & à priori quidem, licet hæctenus ab Scholasticis non satis penetratam, dedit ad 5. obiect. Arrianor. sub init. his verbis *Contumelia est Diuina nature, si Pater filium generans, non potuit esse in filio, quantum permanet in ipso, quia non erit summè perfecta natura diuina si filium, in quo à Patre ponitur, summè perfectum non constituat, sed Patrem minorem.* Consonat. Naz. orat. 37. 5. de Theolog. longè à princip. *Neque filio aliquid deest ad hoc, vt sit Pater (neque enim defectus est filio) nec propterea tamen Pater est: alioquin eadem ratione Patri aliquid deest ad hoc, vt sit filius: neque enim Pater filius est. Sed hæc defectum procul dubio non arguunt, neque essentia summisionem.* Athanas. orat. contra Gregal. Sabell. sub med. *Vniuersa enim plenitudo & integritas Deitatis est Pater, vt Pater: vniuersa item plenitudo Deitatis est filius, vt filius: quandoquidem amborum vna forma intelligitur, quæ integrè se in vnoqueque, & solidè exhibet.* Ratio ergo his testimoniis assignata est: quia tota perfectio in diuinis natura est, ac proinde in naturæ contumeliam, summisionem, seu abiectionem vertetur, si minus perfectionis in aliqua persona inueniatur: cum eadem in omnibus, & singulis natura sit.

4 Hanc ipsam rationem dedit Ambros. 3. de fide ad Gratian. cap. 6. sine cum omnem plenitudinem diuinitatis filius habeat: quid est, quod Patri æstimant amplius adscribendum? cum amplius nihil sit plenitudine, & plenitudo perfectio sit. & lib. 4. cap. 4. versus med. *Cur filius pater non est? quia Pater filius non est. Cur iste non generauit? quia nec ille generatus est. Nec idè minus habet filius, quia Pater non est: nec Pater minus habet, quia filius non est. Dixit enim filius: Omnia, quæ habet Pater mea sunt. Adeo generatio in paterne proprietate, non in iure est potestatis, idè perfectionis, & dignitatis.* Damasc. 1. de fide cap. 9. longè à princip. *consonè aiebat: ignoscendi proprietatem non significare substantia differentiam, neque dignitatis, sed substantie modum.* Eandem rationem continent Patres alio aduocati, ac distorti à Ruiz d. 30. sect. 5. & 6. qui æqualitatem personarum in eorum circuminfectione constituunt, atque ex circuminfectione probant. Satis enim ostendimus circuminfectionem in vnitatem, siue identitate earum in natura suam omninò esse: quare, qui æqualitatem ex circuminfectione probant, ideo probant, quia naturam diuinam vnitatem, & eandem personarum perfectionem esse recognoscunt. Hi verò sunt Hilari. 3. de Trinit. col. 2. ac vers. fin. ex Ioann. 10. *Ego & Pater vnus sumus.* lib. 9. sub init. ex 2. Colof. *In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Naz. orat. 49. longè à med. ex loco Pauli, August. 6. de Trinit. cap. 10. fine, Anselm. & Fulgent. recitati n. 3. Cyril. Alex. 2. thesau. cap. 1. col. 2. & 3. Rectè igitur S. Thom. q. 9. de potentia aiebat: *Personas non differre secundum quantitatem, (perfectionis nimirum, quæ sola, non autem mollis, locum habet in diuinis) sed secundum relationem.*

5 Deniquè eandem veritatem & rationem docent Patres.

Patres, qui ex Matth. 11. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Ex Ioann. 16. *Omnia que habet Pater mea sunt.* & cap. 17. *Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.* absolute, & sine vlla limitatione asserunt, omnia quæ sunt Patris esse filij, & contra. Hi sunt Hilar. sæpè orat. contra Arrian. præsertim col. antepenult. compend. de Spiritu S. & 1. contra Macedon. sine. 3. de Trinit. vers. fin. ex Ioann. 10. *Ego & Pater vnum sumus.* Cyrill. 1. thesaur. cap. 8. fin. Ambros. 5. de fide ad Gratian. cap. 6. circa fin. Hieron. ad Matth. 24. *Nemo scit nisi solus Pater,* ad Isai 1. *Nisi Dominus exercituum.* Isidor. 1. sententiar. de sum. bon. cap. 15. sub init. Lactanc. 4. diuinar. institut. cap. 29. circa fin. Etenim si aliquid entitatis, & perfectionis in patris, aut filij personalitate esset: nequirit dici filium omnia habere quæ Pater, & contra, esseque alterum quidquid alter est. Neque refert ab Athanas. Cyrill. Alex. August. sæpè atque à Concil. Florent. in liter. vnionis med. propositionem: *Omnia, vel quidquid habet, aut est Patris, habet, vel est Filius: limitari præter esse Patrem.* non enim adhibetur, quia paternitas, vel personalitas Patris, aliquid secundum se sumpta, vel perfectio esse ab eis creditur: Sed ne imperitis ea propositio absolute à Christo Domino, & patribus toties prolata confundendi personas occasio foret. Sapienter ergo S. Thom. ad 16. Ioann. lect. 4. post med. aiebat: *Simpliciter concedimus: quidquid habet Pater habet Filius, non tamen quod eodem ordine habeat Filius, quod Pater habet. Nam Filius habet sicut ab alio accipiens: Pater verò sicut alij dans.* Vnde 1. p. q. 42. art. 4. ad 2. *Verè ergo dicitur, quod quidquid dignitatis habet Pater, habet Filius.*

6. Iam eorum, quæ pro errore opposito dedimus, facilis se dat solutio. Illud de Patris maioriore Ioann. 14. si strictè accipiatur respectu Filij, qua hominis solummodo Patres intelligunt: qua verò Dei delata maioriore interpretantur, vt idem sit, quod originaria Patris præcedentia Hilar. 9. de Trinit. *Maior est Pater: quia natiuitas filij Patrem constituit maiorem.* quam maioriorem non significare perfectionem maiorem, quæ obicit æqualitati his expressit, August. 3. contra Maximin. cap. 18. post med. *Originis enim quæstio est, quis de quo sit, æqualitatis autem qualis, aut qualis sit.* quibus ad illas Patrum locutiones satisfactum est. Illæ enim omnes solum significant originariam patris præcedentiam, siue prioritatem. Secundum, de maiori perfectione donandi quam recipiendi, verum habet cum donator, donum, & recipiens, non eiusdem prorsus essentia, & entitatis sunt. Si enim entitatem habent eandem, ac proinde bonitatem, & perfectionem, inæquales esse non possunt. Scio sensibilibus ex hypothesi respondisse Naz. orat. 35. 3. de Theolog. sub med. *Si magnum Patris est à nullo profectum esse: non minus illustre filio est, ex tali Patre produsse.* Nam præterquam, quod gloria illius, qui causam à nullo habet, particeps est: quia ex eo est: accedit etiam generationis decus, res tanta, tamque veneranda. Repetit orat. 36. 4. de Theolog. vers. med. & carmine arcan. 2. vers. med. *Quod si non vllam causam Deitatis habere. Ad decus est magnum genitoris non minus Herce illustre est nato tali fluxisse Parente.* Ostendit enim adhuc ex hypothesi, quod personalia perfectiones sint adesse filio, quibus personalia Patris compensentur. Nec deessent in Spiritu S. qui Trinitatis vitimus terminus, & complementum personaliter est, atque vtramque personam respiciens. Sed adhuc in data à se solidiori solutione de identitate essentia, & perfectionis perfluit, quod filius paternæ gloriæ particeps sit: nimirum essentia eiusdem participatione.

7. Ex eodem principio æqua facilitate responderetur ad tertiam, eiusque confirmationem: quæ verum habent in iis solum, quæ cum diu: sam habent naturam, & entitatem, specie, seu quasi specie diuersa sunt; sed in iis, quæ eandem habent naturam, & entitatem, vt in diuinis personis contingit. Neque enim personalitas perfectio, sicuti, neque entitas, vlla est in illis præter essentialem: neque ex triplici personalitate perfectio aliqua constat, vt mox dicam, sapienterque obseruauit Damasc. t. de fide cap. 10. scribens. *Non ex tribus imperfectis vnã compositam naturam perfectam intelligamus;*

sed in tribus perfectis personis vnã simplicem substantiam super perfectam, & ante perfectã, nempe ad origines, & personalitates. Rationem verò, cur ex personis perfectis perfectio tertia non constetur, reddit: quia imperfectæ esse deberent, quod in eas cadere nequit; quia inquit: Imperfecta vocamus, quæ speciem non saluam in se eius rei, quæ ex ipsis absoluitur. id est componitur, vt ligna & lapides non soluant in se speciem, siue essentiam domus, quam componunt: aut persona quæuis saluat in se essentiam Dei, qui tota Trinitas est, ac proinde ab omni imperfectione necessaria ad componendum abest, summèque perfectã quæuis persona est, neque altera, vel cunctis ignobilior: vnde constat, quare æqualis, imò eiusdem perfectionis quæuis persona sit cum alia, cum qua non est personalitatis eiusdem. Constat etiam, quam præter rem Augustini argumentum huic aduocetur. Denique ex sessione illa filij ad dexteram Patris, & Spiritus Sancti ad sinistram probat ibi Athanas. Spiritus sancti cum Patre, & Filio identitatem in natura, atque in perfectione æqualitatem, solumque eam metaphora designat vltimo Spiritu S. loco procedere. In sensu verò aduersariorum eandem propositionem referens ex Origene Hieronymus in cap. 4. Zachariæ, licet profecto illius nomine, blasphemiam appellat.

CERTAMEN II.

Persona quæuis trium perfectionem etiam personaliter exæquat.

1. **T**Raditur conclusio ab August. 6. de Trinit. cap.

7. *Nec quoniam Trinitas est, ideo triplex putandus. Deus est. Alioquin minor erit Pater solus, aut Filius solus, quam simul Pater, & filius, cap. 8. init. Cum ita que tantus est solus Pater vel solus filius, vel solus Spiritus S. nullo modo triplex dicendus est. Deus Repetit. ferm. 38. de temp. med. adiungens: *Quantus est simul Pater, & filius & Spiritus S. nullo modo triplex dicendus est Deus, quia non est quo crescat illa perfectio summe trinitatis, vbi nota solo argumento, & multiplicatione deitatis posse intelligi ab Augustino augeri, ac multiplicari ex personarum multiplicatio ne in Trinitate perfectionem, seu magnitudinem, & lib. 6. de Trinit. cap. 10. sine: *in summa Trinitate tantum est vna persona, quantum tres simul sunt. Nec plus aliquid sunt, quam vna: & infinita sunt sita, & singula sunt in singulis, omnia in singulis, & singula in omnibus, & vnum omnia.* lib. 15. cap. 3. med. *Intelligentibus clarum est in substantia veritatis non solum Patrem filio non esse maiorem, sed nec ambos simul aliquid maius esse, quam solum Spiritum S. aut quolibet duos maiores esse quam vnum: aut omnes simul tres maius aliquid esse quam singulos.* ac 3. contra Maximin. cap. 10. post med. *Pater Deus est, & filius Deus est, & Spiritus S. Deus est, & simul hi tres vnus Deus. Nec huius Trinitatis tertia pars est vnus: nec maior pars duo, quam vnus est ibi: nec maius aliquid sunt omnes quam singuli: quia spiritalis hæc, non corporalis est magnitudo.***

2. Ioann. Pap. 2. epist. 2. ad Senator. seu lib. de duabus natur. contra Eutichian. hanc Augustini doctrinam à suis prædecessoribus, totaque Romana Ecclesia seruari testatur; atque vt catholicam tradit, recitatque duo postrema Augustini testimonia. In quorum vltimò non capias rationem, vt sonat: nam in spiritalibus locum habet absolute maius quid esse tres, vel duos, Angelos v.g. quam vnum solum, ait August. non currere in spiritalibus vnuerfim argumentum maioritatis ex pluralitate ad vnitates, sicut in corporeis: quia in spiritalibus est pluralitas in vnitatem essentia, entitatis, & bonitatis: nempe in personis diuinis. Adde fulgent. 3. ad Maximin. cap. 7. circa fin. in hæc scribentem: *Tantum est ipsum verbum quantum mens ipsa, Pater cum verbo simul.* Anselm. cap. 23. Prolog. circa med. sic de Spiritu S. patrem alloquitur: *Nec est aliud à te, & ab illo (filio) quod*

dispar;

dispar, siue inaequale non est tibi, & illi simul nempe: subdit post pauca: Quod autem singulis quisque hoc est tota Trinitas simul Pater, & Filius, & Spiritus S. Consonat Guicmund. Archiepisc. Auerlan. tom. 6. alias 4. Biblior. confess. de Trinit. Athanas. orat. contra Gregal. Sabel. sub med. Vnus igitur, & vnus, & diuinitas non diuisa est natura: cum sit indeficiens ad suam integritatem. Omnis enim plenitudo, & integritas deitatis est Pater, ut Pater: vniuersa item plenitudo Deitatis est Filius, ut Filius. & in Symbolo: In hac Trinitate, nihil maius aut minus. esset autem vtrumque, si Trinitas maius singulis personis esset, Concil. Toletan. 6. profess. fid. lib. init. Trinitas, nec minor in singulis, quam in omnibus: nec maior in omnibus, quam in singulis personis manet. Toletan. 11. profess. fid. circa med. Nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus.

3 Ratio à priori sola, & solida est: quia in sola essentia, non autem in personalitatibus est entitas, & bonitas, seu perfectio formaliter loquendo, ut vidimus: essentia autem vna, & eadem est in singulis, atque in tribus personis simul: ergo, & eadem bonitas, & perfectio in vna, atque in tribus erit. Hanc rationem expressit August. duobus primis locis, ut notauit: tertio vero loco rationem eandem reddidit, nempe circumfessionem, & esse vnum in natura: & clarius eam saepe assignauit serm. 38. de temp. circa med. vbi eandem posuit sententiam sic probans: quia eadem natura est in vnaquaque persona simul, (legerem: solùm) dicta, quae est in tribus simul nominatis. 7. de Trinit. cap. 9. post med. Non maior essentia est Pater, & Filius, & Spiritus S. simul, quam solus Pater, aut solus Filius: sed tres simul ille substantiae, siue personae (si ita dicende sunt) aequales sunt singulis. idem ergo reputat non esse in essentia maiorem Trinitatem, quam personas singulas, atque esse quamlibet absolute tribus aequalem: quia nimirum bonitatem personarum in sola essentia recognoscit, ac lib. 8. cap. 1. idem probat: quia nihil amplius veritatis in tribus sit, quam in vna. atque epist. 66. ad Maximin. ante med. Trinitas vnus est, eiusdemque naturae, atque substantiae: non minor in singulis, quam in omnibus, nec maior in omnibus, quam in singulis: sed tanta in solo Patre, vel in solo Filio quanta in Patre simul, & in Filio: & tanta in solo Spiritu S. quanta simul in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. Neque enim Pater, ut haberet filium de se ipso, minuit se ipsum: sed ita genuit de se alterum, sicut toties maneret in se, & esset in Filio tantus, quantus, & solus. Similiter, & Spiritus S. integer de integro, non praecedit vnde procedit: sed tantus cum illo, quantus ex illo, nec minuit eum procedendo, nec augetur benendo. vbi ex identitate essentiae duo probat, nec aliquid personis producentibus deperdit, cum de se producent: neque aliarum accessu resultare maiorem, siue perfectiorem singulis personis Trinitatem.

4 Neque aliam suae huius conclusionis rationem dedit Concil. Tolet. 11. post data verba dicens: quia nec minus aliquid habet, cum vnaquaque persona Deus singulariter dicitur, nec amplius, cum totae tres personae vnus Deus enuntiantur. Eandem conclusionis eiusdem rationem adhibuit Anselm. immediate ad verba ex ipso recitata: quoniam singulus quisque non est aliud, quam summè simplex vnitas, & summè vna simplicitas. Eadem ratio tangitur ab Athanas. primo loco recitato: sed reliquis omnibus illustrius eam dedit nobis Bernard. epist. 190. ad Innocent. col. 2. circa med. his verbis: Totum est Pater, quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Totum Filius quod ipse, & Pater, & Spiritus Sanctus. Totum Spiritus Sanctus quod ipse, & Pater, & Filius: & totum vnum est totum, nec superabundans in tribus, nec imminutum in singulis. Nec enim verum summumque bonum, quod sunt, inter se particulariter diuidunt, quoniam nec participialiter id sunt. id est: non sunt Dei, siue Deitatis partes. Porro his constat quanta dogmatum Theologicorum de Trinitate fructu conclusiones illas de immultiplicatione entitatis, seu entis, bonitatis, ac veritatis d. illa 6. docuerimus. Etenim, nisi eis admissis, dogma hoc sustineri minime potest: ut ex argumento statim efformando, ac solutionum aliarum confutationibus facile apparebit.

CERTAMEN III.

Insuperabilis in aliorum principii difficultas.

1 Contra catholicam hanc conclusionem occurrit iam pridem difficultas, quae in eorum opinione, qui pro personarum numero entitatem, & consequenter bonitatem, seu perfectionem in diuinis multiplicat, numquam miscet. Etenim vnum in quouis genere minus est, quam tria: ergo vna personalis perfectio, & bonitas v.g. Patris minor est tribus perfectionibus personalibus Patris, Filij, & Spiritus Sancti simul sumptis. Vnde arguitur secundo: cuius personae seorsim sumptae duarum perfectionem non adesse, ac proinde nullam seorsim summè esse, siue infinite perfectam per negationem termini extrinseci, ut diuine solius perfectionis infinitatem decet: concedunt nonnulli tres personas simul magis perfectas esse singulis seorsim, extensiuè: sicut numerus aureorum aequalium extensiuè perfectior est quouis aureo seorsim. Contra: Ergo, sicut singulus aureus nequit absolute dici tam magnus, tantusque esse, quantum numerus aureorum: Neque singula persona tanta, tamque magna absolute dici potest, quam omnes simul contra Patres. Contra Secundo: quia Patres loquuntur de aequalitate vnus personae ad tres simul, quae est extensiuè, sicut vnitatis ad numerum: & in ea assertur aequalitatem vnus personae ad omnes absolute: negantque in aequalitatem. Pende cursum, ut te pudeat tam aperte à Patrum dogmatibus deficere, singula Patrum testimonia tibi è regione aduersantia. Athanas. Vniuersam plenitudinem Trinitatis totius, quamuis personam seorsim appellat, an non vniuersae homine etiam extensiuam plenitudinem claudit? vtrumque Concil. Toletan. maiorem in omnibus, minorem in singulis Trinitatem, negat absolute: quare, & extensiuè. Bernardus rationem tibi expressè oppositam pro catholica sententia adhibet, quod scilicet singulae personae non sint partes summi boni, quod Trinitas est.

2 Sed plura pendenda contra hanc solutionem occurrunt in testimoniis, quae ex August. duobus primis locis triplicitatem Deitatis, & perfectionis expressè negat. In tertio verò omnia esse, ait, in singulis, & singula in omnibus, id est singulus in magnitudine omnia, vel omnes simul est: tantumque esse vniam personam quantum vnus simul, applica aureis. Quinto testimonio duo statuit Patrem Filio non esse maiorem. Ecce tuam aequalitatem inter suam. Deinde, Nec vtrumque altero maius aliquid esse, ecce extensiuam: quam negas. Sexto negat vniam personam esse tertiam Trinitatis partem. (ut diuinas, sicut personalitates: perfectiones neget) ac maiorem partem duos esse, quam vniam: quae in maiori parte extensiuè plurium ad vnum profus falsa. Calcula tuos aureos, & compara ad vnum: additque ideo ita esse: quia spiritualis non corporea est illa magnitudo, ac si dicat: locum in corporeis aequalitas plurium ad vnum non habet: quomodo ergo tu eo sensu locutum ait, qui adeò facile in scutis, argenteis, affibus, ac teruntis, à quouis verus deprehendatur? an quia profundiorum Augustini mentem à nobis explicatam non penetrasti? Hae ex testimoniis Augustini datis cert. 2. n. 1. quae ex ipso dedimus n. 3. Pende illud ex epist. 66. ad Maximin. vbi Trinitatem, non maiorem in omnibus, nec minorem in singulis: sed tantam in singulis, quantum in omnibus, affirmat. tantum verò, & quantum extensiuam in suo genere rerum magnitudinem, sicut, & maioritas, & minoritas, imo primariò significat: quare tantum esse vnum: quam aliud, maxime, quam plura, neque inter ea esse maioritatem, & minoritatem, nisi aequalitas extensiuè fit, asserti absolute non potest.

3 Solutio secunda, & communis est: perfectiones personales

personales in essentia tanquam in radice virtualiter, & eminenter contineri: cum autem essentia eadem singulis atque omnibus adsit trium personarum perfectionem quævis exæquet. Contra: quia contentia hæc solum est virtualis non formalis absolute, & simpliciter: ergo formaliter, & absolute, ac simpliciter loquendo plus est perfectionis personalis in tribus personis, quam in vnaque contra Patres. Confirmatur: quia quævis essentia simul cum passionibus, quas virtualiter continet, maiorem absolute entitatem, ac bonitatem saltem extensivè constituunt, quam sit essentia nuda: ergo licet ratione essentia, quam continet quævis persona cõtineat virtualiter perfectiones trium, a se absolute adiuncta duabus aliis personis, ac simul cum illis, extensivè saltem maiorem perfectionem constituet. Eandem solutionem aliis verbis alij adhibent. Nempe esse in quavis persona perfectiones trium secundum absolute essentiam, licet non secundum relativum. Sed quid inde: si in relativo, ac personali cuiusque personæ peculiarem perfectionem, diuersamque ab alia personæ alius recognoscis? Nec valet, si addas: etiam secundum absolute personalitates aliarum personarum perfectiones esse in quavis, licet non secundum relativum: Paternitatis, filiationis v.g. in personalitate Spiritus Sancti: quia, si in relativo perfectionem personalem admittis perstat argumentum. Secundo: vt in Spiritu S. v.g. sit realiter formalis perfectio absoluta personalitatis Patris, debet esse in illo personalitas absoluta Patris realiter formaliter, quod salua fide fieri nequit, nisi recurras ad contentiam virtualem vnus personalitatis, siue personæ in alia ratione essentia, quam impugnatam dese- rebas.

4 Tertia solutio nostri Ruiz d. 30. sect. 3. & 6. quam obtulit excepti vnus Alarcon d. 3. de Trinit. cap. 5. à n. 3. ait: ratione circuminfectionis, in quavis personalitate duas alias personalitates, atque earum perfectiones esse: sicque illam omnium simul, personalem etiam, perfectionem æquare. Id quod multi Patrum testimoniis confirmat Ruiz, ex quibus iam nos præcipua recitauimus. Sed certè bene Patres ex circuminfectione probant vnus personæ ad omnes simul æqualitatem, quatenus circuminfectio vnitas, & identitas trium personarum in natura est, quæ tota Trinitatis perfectio est, quin alia personalis adsit. Sin autem alia admittatur pro singulis personis æqualitas vnus seorsim personæ in perfectione cum omnibus nullatenus probatur. Etenim circuminfectio est mutua infectio trium personarum: ergo continet tres omnes personas coniunctim inuicem sibi insidentes: ergo persona, vt circuminfectiuè habens in se alias est vna persona simul cum aliis sumpta. Ergo, licet, vt sic omnium perfectionem æquet, nihil aliud erit quàm tres personas simul æquare perfectionem trium personarum simul. Ecce nimis claram, & crassam veritatem. Atqui patres docent quamuis personam seorsim, & singulam æquare trium simul perfectionem, vt ab eis neque personaliter excedatur in perfectione: idque hac quæstione examinatur: an verum, & qua demum ratione sit? ergo, nec quæstioni tua hac doctrina respondes, nec Patrum conclusionem defendis. Pende insuper Patrum testimonia omnia, sed præcipuè illud August. aientis vnus personam non esse tertiam Trinitatis partem, nec duas maiorem, atque illud Bernardi: Neque enim summum bonum quod sunt inter se particulariter diuidunt, id est per particulas singulas singulorum: quoniam nec participialiter possident, id est, per partem quisque suam: conuincitur autem per partes possideri perfectionem à personis, si vnaquæque nisi accessu aliarum per circuminfectionem Trinitatis totius perfectionem non exæquet: atque, vt contendit argumentum ex tribus imperfectis Trinitas perfecta constabitur contra Damasc. recitatum cert. 1. n. 7. Illud etiam August. quod Spiritus S. non augeas personas, à quibus procedit adhaerendo. circuminfectiuè nimirum: solutioni contradicit.

5 Denique cum circuminfectio sit solum localis

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo vno & Trino.

in existentia mutua Personarum per immensum vbi in sententia nostri Ruiz à nobis impugnata: quomodo per localem mutuam coniunctionem vna persona erit totum, quod tres simul? imò neque in vera opinione de circuminfectione verificari ea Patrum propositio potest. Solum enim est identitas earum personarum in natura, ratione cuius inuicem sibi inexistunt personæ: quare eas solum relinquit idem in natura, non autem facit personas, earumvè personalitates idem esse inter se id enim esset Personas confundere, ac Trinitatem abolere. Tum sic: circuminfectio non facit vnus personam, seu personalitatem realiter esse tres personas, seu personalitates: ergo, nec facit perfectionem personalem vnus, adhuc realiter esse tres perfectiones personales. Est euidens. Cum perfectio peculiaris personalis, quæ ab his admittitur, ad æquatè identificetur cum sua personalitate, atque ad conuertentiam dicatur cum illa Infero inde: ergo posita, cum in infectione perfectio personalis cuiusque personæ non est in genere perfectionis totum, quod tres perfectiones simul, nimirum contra dogma Patrum. Mitto aliorum solutionem, qui ideo æquat vnus personam omnibus simul, quia illa sola potest terminare supposititaliter creatas omnes naturas possibiles, æque, ac tres. Sed hanc diuinam ad æquatè supposita re poterit sicut tres: Secundo à singulas, & omnes creatas ter, sicut suppositari possunt à tribus. Denique specialia plura, ita in vna inveniuntur, vt aliis desint.



QVÆSTIO V.

De relatione aequalitatis Personarum.

Des est non magni momenti, purèque scholastica: continetque difficultatem communem cum similitudinis relatione. Idcirco personarum similitudo statuenda primùm est, vt de vtriusque relationis essentia coniunctim agatur.

CERTAMEN I.

Catholica Personarum similitudo, atque de vtriusque relatione sententia.

1 **H**æreticorum Arrianorum plures similitudinem inter personas posuerunt; quidam verò negarunt: & quidem perfidè ex eodem errore vtrique. Nam Semiariani similes Patri Filium, & Spiritum S. aiebant, vt non eiusdem naturæ cum Patre illos faterentur; sed solum naturæ alterius, atque substantiæ, quæ adumbratione excellenti Patris naturæ assimilatur, eamque referat, quantum fieri potest apprimè. Huius erroris meminit Naz. orat. 29. de fide longè ab init. Sublato homovision (id est vnus substantiæ vocabulo) similitudinem genitoris posuerunt: cum aliud sit similitudo, aliud veritas. Nam, & homo ad imaginem, & similitudinem Dei factus est, vocèque affini omvson, à incautos Catholicos decipiendos errorem ita explicabant, vt tegerent, Huius vocis architectus Patribus reclamantibus fuit Macedonius, vel Marathonius apud Ruiz d. citanda. Errorem, & vocem, Amplexi sunt Basil. & Georgius Semiariani, quorum error confutatur à Patribus omnibus, qui personarum confubstantialitatem propugnant: & in specie à Nazianz. ibi Basil. epist. 82. circa fin. Anastas. Synait. 1. de rectis fidei dogmatibus med. Epiphani. hæresi 73. circa fin. contra Basil. & Georg.

2 Hi verò, atque Semiariani alij tandem, eam etiam, similitudinem negarunt: asserentes personarum

F f similitud

similitudinem in sola voluntatum vnione, & concordia admittendam esse teste Hilar. de Synod. ad Can. 6. & 7. Orientalium, Cyrill. i. Theſau. cap. 9. toto lib. 2. & 3. à cap. 1. ad 4. lib. 4. cap. 1. & 2. lib. 6. cap. 2. lib. 10. cap. 1. lib. 12. cap. 13. lib. 13. cap. 1. & 3. sic etiam errarunt Arriani plures, qui æqualitatem, & similitudinem omnem personarum nulla v̄cum larua recti iſtegebant in quibus præcipui numerantur Eunom. ab Ambros. 1. de fide ad Gratian. cap. 4. in it. & à Basil. sæpè libris contra ipsum præcipuè lib. 1. vers. fin. & Aëtius apud Theodor. 4. hæreticar. fabular. col. 4. Arguunt apud Basil. præfati. *Nec æqualis, nec similis Filius: quoniam nec quantus est, & absque qualitate est.* quibus si id solum contenderent quod argumentum probat non esset multum cum ipsis decertandum. Sed consubstantialitatem eis inimicam non tangit: quare ad hæreticorum intentum nugæ non argumentum est. Rectè enim occurrit ibi Basil. *Quibuscumque forma, vel figura adiacet, iis identitate qualitatis inest formarum similitudo; quæ verò sine forma, & sine figura natura est, reliquum est, ut similitudinem in substantia ipsa (nimium ad modum qualitatis significatæ, ut nominibus attributibus) & æqualitatem, non in mensura magnitudinis, sed identitate virtutis, perfectionis possideat.* Concors aiebat August. *In his, quæ non mole magna sunt, hoc est maius esse, quod est melius esse.*

3. Catholica verò sententia similitudinem inter diuinas personas admittit ob naturæ, & communium attributorum identitatem. Filij cum Patre tam certa est est similitudo, quam certo filius ille, hic verò Pater sunt. Athanas. q. 9. de natura Dei: *Filius dicitur, quasi similis, qualis enim Pater talis Filius.* Beda ad Ioan. 14. *Qui videt me, videt & Patrem meum ait: filium esse similem Patri, & talem qualis Pater.* Hilar. 3. de Trinit. *Eandem in vtroque similitudinem & Deitatis plenitudinem consistemur.* Athanas. iterum orat. contra Arrian. longè à med. Filij, quæ verbum, & imago, similitudinem cum Patre docuit, formamque, non naturam, Deitatem, ratione cuius ipsi inest similitudo, nominavit: quia similitudo absolute dicta non à natura vel essentia qua tali, sed concepta saltem ut forma conuenit rebus, ut doctè S. Tho. 1. p. q. 42. art. 1. At verò Spiritus S. ad Filium similitudo traditur ab Athanas. Basil. Cyrill. Epiphani. Damasceno, à quibus Spiritus S. forma, & imago Filij nuncupatur, ut vidimus d. de propriis, & appropriatis Personarum; & de omnibus ad inuicem illis symboli Athanasij verbis. *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.* Quorum verò qualitas vna, similia esse textus est Arist. 5. met. cap. 15. t. 20. in diuinis autem, licet physica qualitas locum in re non habeat, metaphysica verò, & in modo significati locum habet, ut nuper dicebamus. Claudat rem hanc Hilar. 3. de Trinit. longè à med. *Qui dixit (ait) faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: inuicem esse sui similes in eo quod, similitudinem nostram dicat, ostendit.*

4. Cauendus tamen error eorum, qui apud Hilar. 2. de Synod. vers. med. ad can. 8. Oriental. similitudinem, in personalibus etiam, inter personas ponebant, ut Trinitatem deponerent, atque abolerent, personarumque confunderent in vnã; qui error non solum Trinitatem abolet, sed & similitudinem, quæ eiusdem ad se ipsum esse non potest. Est ergo personarum similitudo mutua in communibus, & essentialibus solummodo admittenda: in personalibus verò catholicè neganda: eis enim tantummodo personæ diuersæ sunt, primò: quare, & eis in aliquo istorum conuenientia, & vnitas realis omnino repugnat, ac proinde similitudo: quin potius in personalibus dissimilitudo inter personas admittenda catholica est; secus verò inæqualitas: quia in eis etiam æquales personæ sunt, ut vidimus à Catholicis omnibus admitti; licet ægrè ab Scholasticis aliis defendatur, ut q. 4. cert. 3. ostendebamus: in nostris autem principiis facilis, vel nullo potius negotio defenditur; relegatis à personalitatibus formaliter sumptis prædicatis entitatis, bonitatis, & perfectionis, ab essentia bonitate, & perfectione formaliter diuersis quo circa si de æqualitate, vel inæqualitate personarum, quoad personalia formaliter, non autè realiter sumpta, quæstio quarta procederet in rei ve-

ritate, principisque nostris de subiecto non supponente foret; respondendumque esset: inter eas, neque æqualitatem neque inæqualitatem reperiri: non secus, ac si de duobus Angelis quaereres: an quantitate molis æquales inter se, an inæquales sint;

5. Positis ergo Catholicis personarum æqualitate, ac similitudine, de earum relationum essentia scholasticè disputandum est. Aureol. in 1. d. 3. 1. art. 3. præposit. 3. negat relationes adhuc rationis esse, sed solam realem vnitatem, & identitatem earum, in natura, & communibus. Secunda verò sententia docet esse relationes reales in ea personarum vnitate fundatas, ac superadditas; identitari verò cum relationibus originis Personarum, ita Scot. quodlib. 6. art. 2. & in 1. d. 3. 1. q. 1. S. Bonauent. ibi, & q. 2. OKam. q. vnica sub init. Gabr. ibidem art. 3. quibus tacite subscribit Carthus. d. 19. q. 1. Tertia demum sententia eorum est, qui licet relationes alias reales superadditas in diuinis, atque in creatis etiam, admittant, has tamè æqualitatis, & similitudinis in diuinis formaliter sumptas puræ rationis esse defendunt, ex his sunt Magill. in 1. d. 31. c. hoc idem, Alex. 1. p. q. 47. m. 1. ad 2. & 3. Albert. ibidem ad 1. Clarius S. Thom. 1. p. q. 42. art. 1. ad 4. (vbi Caietan. Canar. Molin. d. 2. reliquique interpretes) & in 1. d. 31. q. 1. art. 1. Capreol. concl. 3. Agid. & Argent. art. 2. & 3. Ricard. art. q. 2. Durandus ibi, & d. 28. q. 3. ad 2. Marfil. 1. q. 33. art. 2. concl. 2. & notat. 8. Henric. 1. p. art. 35. q. 8. corp. vers. med. & 2. p. art. 55. q. 6. corp. art. 62. q. 4. quodlibet. 5. q. 2. longè à med. Valent. 1. p. q. 16. pñct. 1. Vasq. d. 166. cap. 2. Soar. 4. de Trinit. cap. 15. n. 8. Ruiz d. 103. sect. 4. Luis de Torres d. 29. Mærat. d. 56. Gasp. Hurtado d. 9. diff. 1. Harum opinionum fundamenta, quatenus nostræ aduersentur sententiæ, dabo cum solui.

6. Illud hic obiter notari contra Ruiz: in eius, & reliquorum sententia qui in singulis personalitatibus, atque personis peculiarem bonitatem, & perfectionem admittunt, ægrè negari realem relationem similitudinis, & æqualitatis quoad personalem inter personas diuinas. Quod enim ait Ruiz esse partialem, & secundum quid bonitatem, & perfectionem essentialiam, æqualitatem verò, & similitudinem non esse vnus ad alterum secundum sui partem, sed secundum se totum, leuis est solutio; quia partis compositi vnus ad partem compositi alterius datur absolute æqualitas, vel inæqualitas, similitudoque, vel dissimilitudo: v. g. manus meæ ad manum Petri. De animabus item nostris disputatur absolute an in perfectione æquales sint: an inæquales? quibusdam absolute asserentibus æquales esse, quibusdam verò inæquales esse propugnantibus: quin vllus quæstionem reiecerit eo, quod de partialibus entibus, & bonitatibus sit sed quid plura? inter totum & partem realis inæqualitas absolute inuenitur, ut in vulgari & naturali illo principio continetur expressè: *Omne totum est maius sua parte.*

CERTAMEN II.

Nostra sententia variis conclusionibus datur.

1. **EX** dictis Cert. 1. n. 4. constat inter personas relationem æqualitatis, vel inæqualitatis quoad personalia præcisè nullatenus esse, esse verò dissimilitudinem quoad personalia: quare de æqualitatis, & similitudinis relationibus personarum, quoad essentialia, quid sint statuendam solum est. Dico primò. Relationes æqualitatis, & similitudinis personarum reales ac positivæ sunt, ita Doctores secundæ sententiæ contra reliquos citatos. Probatur facillè: quia independenter à consideratione, figmentivæ omnibus rationis verè, & realiter inuenitur in diuinis personis tantam esse in quavis perfectionem, quanta sit in alia quavis, vel in omnibus: atqui hoc ipsum est reperiri in eis relationes æqualitatis, & similitudinis: ergo independenter à consideratione

consideratione, & significationis rationis inuenitur re ipsa in diuinis personis æqualitatis, & similitudinis, relatio. Negabis minorem: quia ad similitudinis, & æqualitatis relationes requiritur, vt habeatur tanta quantitas, & qualitas in utroque extremo commensuratiuè, ad quod diuersa debet esse utriusque extremi quantitas, seu qualitas, non verò tanta solum identicè, vt est quantitas perfectionis, & qualitas essentia, seu attributi ad modum qualitatis significata; idem enim se ipso mensurabile non est.

2 Hanc doctrinam multis suadere contendit Ruiz, quæ Certamine 3. diluimus. Illud virgencius, quod ex S. Thom. producit. Nempe: relatione reali similitudinis, & æqualitatis prius, & primario referri quantitatem, vel qualitatem, quam eorum subiecta. Quod fieri nequit nisi, & diuersa qualitas, vel quantitas in extremis sit, atque alteri commensurabilis. Sed contra: quia Arist. 5. Met. cap. 15. circa med. textu 20. ait: *similia, nempe sunt, quorum qualitas vna, æqualia autem quorum quantitas vna: ergo vnitas qualitatis, & quantitatis est conditio necessaria, imò verò ratio formalis essentialis similitudinis: ergo realitas huius conditionis (quæ solum inuenitur in diuinis, in quibus tantum vna, & eadem realiter quantitas, & qualitas explicata est) nequit obesse realitati relationis, & similitudinis: ac proinde neque requiri quantitatis, aut qualitatis diuersitas in extremis. Inde eneruis manet ratio quæ S. Thomæ tribuitur. Dicitur enim ab Aristot. qualitatem similitudinis, & debere esse vnã, non similem alteram alteri: quare neque relatione similitudinis relata alteri alteram.*

3 Impugnatur in super: quia qualitas ad qualitatem, & quantitas ad quantitatem conuenientiam essentiali, & identitatem metaphysicè vnitatis habet, non autem similitudinis. Non secus, ac homo cum homine secundum essentialia, non similis, sed idem vnivoce, ac vnũ metaphysicè est. Impugnatur secundo: quia, in creatis saltem relationes Paternitatis, & filiationis non petunt actionem, & passionem siue physicam, siue grammaticalem realiter diuersas, pro extremorum diuersitate, sed realiter inueniuntur posita identitate, & vnitate reali necessaria actionis, & passionis grammaticalis, & probabilissima, actionis, & passionis physica: ergo posita etiam identitate tanta quantitatis, & qualitatis in extremis, reales æqualitatis, & similitudinis relationes reperientur. Patet consequentia: quia non minus sunt rationes fundandi, seu essentialis conditiones relationes Paternitatis, & filiationis, siue producentis, & producti, actio, & passio, quam qualitas, seu quantitas tanta æqualitatis, & similitudinis.

4 Dico secundo. Relationes æqualitatis, & similitudinis in diuinis, si sumantur, vt quid ab extremis, & ratione fundandi diuersum, atque fundamento inhærens rationis entia sunt. Est Doctorum tertie sententia conclusio; non autem erit eorum ratio hæcenus impugnata. Sed quia vniuersim relationes omnes reales, siue creatas, siue increatas realiter à fundamento, & termino diuersas, superadditaque non admitto, vt in Logica, atque hic d. 7. q. 3. fusiùs ostendi, satisque innuit Aristot. proximè præmittens immediatè: *Eadem sunt quorum substantia vna similia* &c. vbi eodem modo de relatione identitatis, ac de aliis duabus loquitur. Relatio autem identitatis in substantia, siue essentia in rebus creatis, de quibus Arist. rationis est: si, vt aliquid distinctum ab extremis cogitur. Secundo: vnitas qualitatis, & quantitatis extremorum similitudinis, vel æqualium requisita rationis est: quare, si strictè vnitas requiratur, non nisi rationis erit. Vnde relatio, quæ illam supponit, erit etiam rationis: Sed, licet vnitas requiratur; quare, nec excludatur vnitas stricta, non tamen formalis stricta requiritur; sed fundamentalis, quæ in creatis etiam realis est, sufficet. licet autem personæ inuicem, eodémque gradu æquales sint; similes verò non æquo gradu sunt omnes. Nam Filius, & Pater maiorem in se, quam cum Spiritu S. similitudinem habent ratione fecunditatis ad intra, vt supra docuimus.

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo vno & Trino.

CERTAMEN III.

Obiectionibus solutis sententia illustratur, ac de affinitibus relationibus statuitur.

1 Obiectiones omnes è duobus principiis ortum trahunt. Altero falso de distinctione relationis realis a fundamento, & termino: altero verò non certo, licet probabiliori de identitate non solum reali, sed & formali relationis originis actiue cum personalitate producentis, passiuæ cum procedentis personalitate. Inde enim arguit Ruiz lect. 4. n. 12. Plures aliæ relationes reales, quam originis, atque ab his formaliter distinctæ sunt in diuinis: ergo, & sunt formaliter plures personalitates. Friget consequentia: tum quia, nec relationes quidem originis sunt personalitates formaliter, ne dum relationes istæ similitudinis, & æqualitatis. Ipse enim Ruiz lect. 5. versu. *Ad confirmationem primam*, in hoc distinguit has relationes à relationibus originis, quod personas non constituent in esse personali, ac proprio cuiusuis: pluresque aliæ formalitates in propriis personarum numerantur, quæ formaliter personalitates non sunt. Instat lect. 4. n. 13. si hæc relationes reales sint, plures multò quatuor relationibus realibus admittendas in diuinis esse contra Patres, & Theologos. Verùm ex dictis constat à Patribus pluribus has etiam relationes admitti quas nullus ex Patribus alicubi negauit. Constat etiam admitti ab Scholasticis datis pro sententia secunda.


2 Obiectiones tertio. Relationes diuinæ, quæ diuinæ, infinitæ esse debent formaliter in genere relationis adhuc per denegationem termini extrinseci: ergo Paternitas debet Patrem ad Filium referre omnimodo, quo ad illum referibilis est: & similiter filiatio Filium ad Patrem refert; & Spiritum S. refert spiratio passiuæ ad vtrumque, & actiuæ vtrumque ad Spiritum S. omnimodo, quo possunt referri: ergo non est in illis alia relatio realis possibilis. Distinguo primam antecedentis partem: debent esse infinitæ per negationem termini extrinseci in genere relationis generico, & vniuersalissimo, nego antecedens: in genere infimo, in quo sunt, concedo antecedens. Sic attributum scientiæ infinitum est in genere qualitatis metaphysicæ, seu attributi, non generalissimo, & vniuersalissimo, sed in adæquato, & totali, ac infimo, in quo est; alioquin non daret locum volitionis attributi: aut alteri cuius attributo ex admissis à Patribus, & Theologis. Inde distinguo consequens primum: in genere infimo paternitatis concedo: in vniuersalissimo relationis nego, & sic de aliis.

3 Hæc doctrina in aduersantium opinione ad hominem euincitur. Ipsi enim aiunt Patrem, & Filium absolute paternitate, & filiatione constitui: ac in super relatione spiratoris ad Spiritum Sanctum referri: ergo relatio diuina, quæ diuina, non est infinita per negationem termini extrinseci in genere vniuersalissimo relationis: vt impediatur omnem aliam relationem, quæ eadem persona referatur vterius: cum relationes ipsæ sint vterius alia relatione referibiles. Dices relationem spiratoris referre Patrem, & filium, ad alium terminum, nempe Spiritum S. ad quem illos non referant paternitas, & filiatio. Bene: ergo diuersitas termini satis est ad multiplicandas relationes in diuinis: ergo, primò, absolute non remouet relatio diuina omnem aliam relationem, quia in se omnem modum referendi iure infinitatis diuinæ debeat continere. Secundo: ergo, & diuersitas fundamenti sufficet ad relationes multiplicandas: cum non minus essentialiter requiratur fundamentum, quam terminus: at similitudinis, & æqualitatis fundamentum sunt identitas, & vnitas attributorum, & bonitatis, seu perfectionis: quæ diuersa à processionibus sūt, in quibus fundantur relationes originis: ergo inducent in diuinis relationes reales diuersas formaliter ab illis.

Ff 2 4 Obiectiones

4 Obiicies quartò, & contra conclusionem secundam: ergo nullum est prædicamentum relationis distinctum à prædicamentis rerum, quæ sunt fundamentum, & terminus relationis cuiusque. Nego consequentiam, vt in logica negabam. Satis enim est, si in prædicatione, vt quid diuersum à reliquis aliorum prædicamentorum concipiatur, vt diuersum prædicamentum constituat. Etenim prædicamenta pro diuersitate modi prædicandi generica diuiduntur. Sed in istis: Ergo poterit aliud prædicamentum pro denominationum extrinsecarum prædicatione constitui. v.g. dexteri. Nego consequentiam: quia denominationes extrinsecæ plures ad habere vel formaliter, vel reductiuè expectant, quia affines saltem modo prædicandi illius prædicamenti sunt: vel ad prædicamentum qualitatis, ad quod formæ extrinsecæ denominantes expectant, quæ alia intrinsecè denominant, atque in allato exemplo dexteri, ad vbi dicitur enim localem positionem dexterioritatis, & denominati. Neque tandem vlla inuenietur denominatio extrinseca, quæ in modo significandi ac prædicandi toto genere à prædicatione aliorum prædicamentorum differat, sicut differat relatio.

5 Denique relationum aliarum consortij, concordia, & societatis diuinarum Personarum meminere Petres. Nyssen. de Trinit. ad Eustachium ante, & post med. de different. essent. & hyposthaf. init. ac vers. & circa med. ac med. Basil. 15. de fide med. lib. vnicò de Spiritu S. cap. 18. circa med. cap. 16. fin. cap. 19. longè ab init. Cyril. Alex. 3. Dialogor. de Trinit. vers. med. & vers. finem, quas relationes ratione identitatis personarum in natura recognoscunt hi Patres: possunt autem, & ratione identitatis in affectu, & voluntate æque commodè recognosci. De earum verò realitate eodem modo philosophandum est, ac de relationibus similitudinis, & æqualitatis. Neque aliter philosophandum erit de relatione identitatis personarum in natura, siue circumfessione, & distinctione personarum ab inuicem.



QVÆSTIO VI.

An Personæ producentes reali prioritate procedentibus præcedant?

REALIS prioritas vnus respectu alterius potest esse loco, duratione, natura origine. Et quidem præcedentiam, siue prioritatem localem, vel durationis inter Personas diuinas Hæretici solum assignant, qui Filio, & Spiritui S. consubstantialitatem Patris negant. De naturæ verò prioritate stricta, quæ rigidæ causalitatis est, quæstio iam apud Catholicos esse nequit: cum inter Personas diuinas nomen causæ, & causalitatis locum habere non possit, vt diximus d. 2. q. 3. Solum igitur inquirimus de reali originis prioritate, quæ naturæ, & causalitatis prioritatem imitatur.

CERTAMEN I.

Doctorem sententia.

1 **S**Tho. 1. p. q. 36. art. 1. ad 4. q. 42. art. 3. in 1. d. 9. q. 2. art. 1. ad 12. q. 1. art. 1. & à 2. ad 1. in 3. d. 15. q. 4. art. 12. ad 2. De potent. q. 10. art. 1. ad 10. art. 1. corp. & contra error. Græcor. cap. 2. sub init. & cap. 3. constanter realem prioritatem originis, & naturæ in diuinis negat personis; licet realem originis ordinem inter eas admittat. Sequuntur Capreol. in 1. d. 29. q. vnic. art. 1. conclus. 4. Caiet. & Dominici reliqui ad q. 42. art. 3. vbi & noster

Molina. Valent. q. 17. pun. 4. Becan. cap. 8. diff. 3. ex antiquis Albert. 1. p. q. 41. m. 2. art. 1. ad 5. art. 3. fin. Alex. q. 46. m. 2. fin. S. Bonau. in 1. d. 20. art. 2. q. 1. & 2. Ricardus q. 3. & 4. Dur. d. 9. q. 2. d. 12. q. 1. n. 15. d. 20. q. 2. ad 1. Carthusian. d. 12. q. 2. d. 20. q. 2. Henric. 2. p. art. 52. q. 3. corp. Horum sententia sustineri eo sensu posset, vt prioritatem originis, seu naturæ rigide acceptæ negaret. Cum autem realem ordinem originis, seu naturæ inter personas diuinas admittat, & eum sensum excludit, & pugnantia inuoluit. Ordo quippè est habitudo plurium ad vnum primum in eo genere, in quo est: atqui per vos in personis est ordo realis ad vnum primum secundum originem: ergo, & secundum originem est habitudo realis ad vnum primum: ergo, & est realis prioritas, quæ simul negatur secundum originem.

2 Nec refert quod ait Dur. in d. 20. q. 2. circa fin. quod prioritas dicat excessum, posterioritas defectum. Tum, quia, si id obest prioritati, & ordini etiam, qui sine prioritate, & posterioritate esse non potest, obesse debet, contra ipsum. Tum, quia falsum est assumptum, vt contra Eunomium obseruat Basilus recitandus Cert. 2. n. 2. Sed certè nimia Patrum litteralis obseruantia Doctores hos in eam repugnantiam egit. Cum enim ordinem realem originis in diuinis personis admitti à Patribus recitandis cert. 2. viderent: atque, in super ab eisdem prioritatem mordicus omnem, & posterioritatem in personis negari, eo etiam sensu negari putabant, quo asseri ordinem videbant. Verum, cum prioritatem & posterioritatem negabant, de prioritate, & posterioritate durationis contra hæreticos loquebantur: tanto verò in eiusmodi errore odio, & conatu, vt omnem prioritatem, & posterioritatem realem inter personas diuinas videantur execrari; si sonus solum vocum, non autem mens, & occasio eas proferendi attendatur.

3 Ne tamen deinceps Patrum littera contra eorum mentem alios decipiat, vt ipsis contradicatio imponatur, atque ab aliis ipsorum autoritate incurratur; Patres, qui præfatæ hæresis odio tanto stomacho contra prioritatem, & posterioritatem realem loquuntur breuiter recenseo. Patres Concilij Nicæni lib. 2. post med. Athanas. in symbol. & q. 13. de natura Dei de comuni essentia Patris, & filij, & Spiritu S. circa med. 5. de Patre, & sequenti, Naz. orat. 37. de Spiritu Sancto 5. de Theolog. circa med. Basil. lib. de Spiritu S. ante med. Alexand. Alex. apud Epiphani. hæref. 69. pag. 2. Isidor. Pelus. lib. 2. epist. 149. Ambros. 4. de fide ad Gratian. cap. 6. lib. 5. cap. 4. & 3. de Spiritu S. cap. 18. circa med. & 7. exhaner. cap. 7. med. & post med. pendens id ad Roman. 11. Quis prior deus illi. August. 3. contra Maximin. cap. 14. Chrysof. tom. 3. serm. de consubstantiali. Trinit. tom. 5. orat. 2. de Trinit. & serpente post med. ad id 1. Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt idem autem Spiritus. orat. 9. de illo Abraham: Pone manum tuam. longè ab init. hom. 1. in Ioann. med. Theodoret. epitome diuinor. decretor. lib. 5. cap. 3. de Spiritu S. prope med.

4 Secunda sententia realem originis prioritatem, & posterioritatem in Personis diuinis admittit. Ita videtur meliora sapiens docuisse Henricus 2. p. art. 54. corp. post med. licet naturæ prioritatem, largè nimirum, eam appellet. Scotus in super in 1. d. 12. q. 2. d. 28. q. 1. § Ad quæstionem quodlibet. 4. art. 1. § Contra ista arguitur. Okam in 1. d. 9. q. 3. vbi Gabr. & Maior q. vnic. Marfil. in 1. d. 1. pag. 85. col. 2. Gregor. d. 9. q. 1. art. 2. concl. 2. ac Clemens Caiet. supra vbi Canar. Valq. d. 167. cap. 2. Soar. 4. de Trinit. cap. 15. Luis Torres d. 29. dub. 3. Marat. d. 56. Zunniga d. 17. dub. 4. Ruiz d. 105. sect. 4. & 5. Gaspar Hurtad. d. 9. dist. 2. § Scotus verò, atque omnes communiter Recentiores, quibus, & nos subscribimus non inuiti.

CERTA

CERTAMEN II.

Nostra affirmatiua, & communis sententia auctoritate probatur.

1 PRO communi sententia affirmatiua stat Naz. orat. 29. de dogmate, & constitut. Episcoporum. longè à med. Ita concurrens essentia Patris cum unigeniti generatione, qui ex ipsa est; non post ipsam; aut saltem sola principij cogitatione. id est ratione, vel formalitate orat. 35. 3. de Theolog. maioritatis nomine prioritatem originis, quæ sola catholicè potest intelligens, eam Patri sic concedit: Maior cause natura. Chrysof. hom. 1. de fide in Christo ex variis in Ioann. sub init. Prius quàm nasceretur unigenitus in suo genitore generandus manebat, non habens distantiam temporis. & tom. 5. hom. 9. de illo Abraham: Pone manum tuam longè ab init. Patrem nomino, non qui ordine temporis primus sit, sed ratione, & sententia. Siquidem ille unigeniti filij genitor existit. Siquidem radix ille est sancti illius fructus. Siquidem filius eternum lumen eterni luminis habet. Origen. hom. 2. in varios ad Ioann. 1. In principio erat verbum. Præcedit Pater verbum, non natura, id est nascendi tempore, sed causa, id est, quia principium, Audi ipsum filium dicentem Pater maior me est. Substantia eius causa est meæ substantiæ. Pater præcedit filium causaliter. Pseudo. Augustinus tom. 9. lib. de triplici habitaculo cap. 6. circa med. Tunc iustus manifestum erit quomodo Pater non præcessit Filium tempore, sed origine, nec Spiritum Sanctum.

2 Ricard. Victor. 5. de Trinit. cap. 7. med. de filij prioritate præ Spiritu S. Quod non potest esse prius temporaliter potest esse prius causaliter, & eo ipso naturaliter. lib. 6. cap. 7. sub init. Prius, & posterius hoc loco intelligi volumus non temporum successione, sed ordine naturæ. Ephren. Syrus. tom. 3. opusc. de sui reprehens. vers. med. Quod post filium Spiritum S. dicimus, id non temporis, sed personæ est significatiuam. Cui originis competit posterioritas. Quod argumentum continetur in patribus, qui Patrem primum, Filium secundum, tertium Spiritum S. nominant. August. q. 122. veter. & noui Testamenti finis: verus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipso & c. ut primus gradus sit, ex quo sunt omnia, secundus, per quem omnia, tertius, in quo omnia. Dixerat autem paulo ante gradus causalitatis esse, seu originis his verbis: nihil planè differt in substantia, quia verus filius est; differt autem in causalitatis gradu. Tertul. contr. Prax. à cap. 2. præsertim 89. & 10. vocat Filium secundum, & secundum gradum; Spiritum tertium, & tertium gradum. Basil. de Spiritu S. cap. 18. fine: Nobis sufficit præscriptus ordo. Matth. 28. In nomine Patris & c. quem, qui confundit, non minus peccat, quam istorum impietas. Acrij, & sequacium, qui ex eo ordine filium, & Spiritum S. inferiores Patre colligebant.

3 Lib. item 3. contra Eunom. init. Quemadmodum filius ordine quidem à Patre secundus est, quoniam ab illo est; & dignitate, quoniam origo, & causa essendi Pater ipsi est; non autem inferioris, & posterioris naturæ; ita videlicet Spiritus S. si dignitate, & ordine secundus à Filio est. non tamen inferioris, & posterioris naturæ: ac infra: Spiritus S. dignitate quidem ordinis tertius. Athanas. epist. ad Serapion apud S. Thom. opusc. 1. cap. 2. init. Spiritus S. tertius est à Patre à Filio tamen est secundus. Ch. ylost. rom. 5. orat. de Trinit. & serpente sub med. Conuenientia illa, & quasi harmonia gloriæ, quæ Deo tribuenda est, non distubatur, cum pronominibus sanctæ Trinitatis, vel primum, vel secundum, vel tertium ponitur. Namque primum secundum, & tertium nullam naturæ diuine differentiam, sed Theologicæ doctrinæ institutionem quandam, quæ omni confusione vacet, declarat. Processiones, scilicet, quibus personarum distinctio, ac inconfusio necessaria conuincitur. Epiphani. hæres. 62. vers. med. Spiritus S. tertius nomen datur. repetit hæres. 74. vers. fin. col. 1. Anchor. lumenque tertium, vocat apud S. Thom. opusc. 7. contra error. Græcor. Tertiam verò personam, omnes August. 12. de Trinit. cap. 5. 10. de ciuit. Dei. cap. 4. med. ferm.

38. de temp. col. 3. Phæbad. lib. contra Arrian. circa fin. Ambros. in symbol. Apostolor. cap. 1. sine concludat Hilar. 12. de Trinit. col. 4. ante fin. sic rationem reddens Confessione communi secunda quidem ab auctore natiuitas est, quia ex Deo est. col. penult. ad Patrem: Dum ex te est secundus à te est.

4 Id ipsum significat Patres qui filium medium Spiritum S. extremum & terminum, vocant. Athanas. supra apud S. Thom. cap. 32. titulo 31. sub init. Sicut, qui caput catenæ trahit, medium, & aliam extremitatem trahit; sic & qui in Spiritum blasphemias, scilicet tertiam personam, & in Filium medium, & in Patrem extremum, id est principium, & apud catenæ terij, discreti, inconfusi ordinis diuini blasphemias. & ante med. S. spiritum Paracletum dicimus terminum beati, & super essentialis diuini ordinis, qui ineffabiliter terminum proprium suum in se sua hypostasi; sicut, & Pater tenet ipsius ordinis caput, & fontale principium imprincipiatum ipse: medium autem extremitatum ordinis veraciter tenet Filius. Ac inferius: Pater à se principio trini ordinis diuini per medium Filium genitum terminat ipsius ordinis finem naturali proprietate in tertio spirato Spiritu. Cyrill. lib. thesaur. apud S. Thom. proximè: Deus ergo ex Deo Filio Spiritus Sanctus est. Si enim Spiritus S. non esset à Filio non magis Spiritus Sanctus esset terminus Trinitatis, quam Filius. Nec ordo Trinitatis assimilaretur catenæ, sed magis triangulo. Agnoscit ergo Cyrillus naturalem vi processions, non arbitrariam prioritatem, & posterioritatem personarum Nyssen. lib. ad Ablab. Quod non tres Dij. circa fin. Patrem appellat primum, Filium medium, quid ni Spiritum S. extremum? Damascen. epist. med. Filium medium esse, ait, Patris, & Spiritus Sancti.

CERTAMEN III.

Theologica Patrum ratio nostris solum principis apta datur.

1 RATIO theologica à Patribus tacta perspicua est, quia ex Aristot. 5. met. cap. 11. textu 16. Priora, quedam secundum motum, id est productionem. quod enim propinquius primo mouenti, producenti, est, prius est, ut puer viro. in post prædicam. c. de modis prioris, inter priora numerat. Alterum enim, quod est causa, quouis modo, ut alterum sit, prius natura, non incongruè dici potest: & 1. poster. cap. 5. textu 14. agens de prioritate primorum principiorum scientiæ ait primum esse, per quod aliquid conuenit alteri, sed sibi non conuenit per alterum, sed ratione sui. at Pater, & primum producens est, cui ratione productionis propinquior Filius est, Spiritus verò remotior, qui ab utroque producitur. Secundò: Pater est realis causa largè accepta Filij, & utroque Spiritus Sancti: unde tertio filio conuenit realiter esse ratione Patris, & Spiritu S. ratione utriusque, non è contra: ergo triplici modo prioritatis Pater est prior re ipsa Filio, & utroque Spiritu Sancto. Confirmatur: quia è suis personalibus proprietatibus Pater re ipsa & est producens improductum, ante què non supponitur aliud producens: Filius verò productum, quod supponit Patrem, & producens suppositum ad Spiritum S. productum supponens Patrem, & filium, & improducens, post quem non est alius ab ipso productus (ut Patres citati, & alij reliqui, imò dogmata catholica docent) ergo re ipsa Pater sua proprietate personalis in linea producentis, & producti primus est: Filius secundus, & medius: Spiritus Sanctus tertius, & extremus.

2 Sed occurrit hic ardua difficultas in aliorum principis ex S. Thoma. Nulla persona potest esse realiter prior origine, quam alia ratione essentiæ, siue secundum essentiam solam, neque secundum relationem solam, quia relationes sunt simul natura, & cognitiones; neque secundum se totam, quia, ut tota persona sit debet esse relatio in tua, & communi opinione, personam constituens: atqui ubi primum est relatio producentis v. g. paternitas, simul natura est filiatu iuxta Aristot. &

Communem, ac veram Philosophiam: imò, si Paternitatis relatio non sit aggregatum ex fundamento, & termino, prius natura debet esse terminus: ergo tota persona produciens nequit esse prior natura, quam producta. Respondet Ruiz d. 103. lect. 5. n. 6. atque Hurtado supra §. vlt. Patrem esse priorem origine filio, non, vt Pater formaliter est sub expresso conceptu relationis, sed vt prima persona, & principium secundum est sub quo conceptu non est simul natura cum filio; licet sub alio relationis simul natura cum illo sit. Sed contra: quia prioritas originis, cum realis sit, independet ab intellectus consideratione, & præcisione esse debet: ac proinde inter res, vt re ipsa sunt, debet reperi. Respondet Ruiz n. 11. intellectus nostri præcisionem non facere prioritatem, cum nihil reale adhibere rebus obiectis possit; sed ea prioritate reperta distinguere, ac designare, sub qua formalitate Personæ Patris conueniat: quemadmodum distinguit, ac designat formalitatem, sub qua Pater generet, nempe sub ratione intellectiui: item sub qua spiraret: nempe sub ratione volitiui: quia id obicit realitati generationis, & spirationis.

3. Contra tamen primò: quia aliud est assignare, sub qua ratione formali realis productio conueniat producti, aliud negare eandem realiter indiuisibilem entitatem realiter secundum aliquid sui operari, præcedere effectum, cum tamen realiter secundum aliam operetur realiter, atque præcedat. Primum est verum, atque allato exemplo probatum. Solum enim dicitur toti entitati productionem realiter conuenire ratione illius prædicati, ita, vt, si ab ea auferretur prædicatum eiusmodi, nec produceret tota, nec præcederet; non autem secundum alia prædicata, vel totam entitatem realiter non producere: quod est casus solutionis, & implicatorius. Afferitur quippe ad realem præcedentiam producentis, & producti præcisio, & diuisio formalitatum re ipsa indiuisibilem. Vnde inferitur rem eandem operari ac præcedere realiter, ac rursus non operari, neque præcedere realiter. Contra secundò: implicat rem realiter adæquatè, & conuertibiliter, esse realiter priorem, & posteriorem se ipsa in eodem ordine præcipue: sed si Paternitas idem sit realiter cum prima personalitate res adæquatè, & conuertibiliter eandem realiter erit prior, & posterior realiter se ipsa per se: cum prima personalitas sit realiter prior filio, & paternitas non sit prior, sed simul, vel posterior natura filio: ergo, vel neganda est identitas paternitatis cum prima persona, vel personalitate, vel prioritas realis originis primæ personæ ad filium, & sic de vtroque ad Spiritum Sanctum.

4. Distuli huc vsque ex d. 9. q. 1. à cert. 2. rigidam argumenti proximi efformationem: quia opportunior hæc illud virgendi sedes, vbi magis constitutionis personarum per relatiua absurditas ex hac difficultate se prodit. cui tamen in nostris principiis eiusmodi constitutionem per relatiua negantibus, imò neque realem identitatem adæquatam relationis singulæ cum persona singula admittentibus, vt constat ex d. 7. q. 3. cert. 1. n. 3. & cert. 2. n. 4. respondetur facile: ad principium produciens in diuinis relationem, neque formaliter, neque realiter expectandam esse: quare, licet Paternitas sit realiter posterior origine, in qua fundatur, Persona prima, quæ illam, ne realiter quidem claudit, re ipsa potest prior esse origine, & filio, atque vterque realiter prior Spiritu Sancto, et si, vt probabilius esse docuimus. d. 3. q. 3. processionem actiua, quæ illam fundant, nec sine termino esse possunt, cum producentibus identificentur. Hæc namque terminum è conceptu suo ponunt, non supponunt sicut relationes: quare, & pro priori originis è conceptu suo ad terminum esse possunt; secus relationes, quæ è conceptu suo sunt termino, quem supponunt posteriores.

CERTAMEN IV.

Alterius obiectionis occasione prioritas inter origines ipsas examinatur.

1. **O**ppones: prioritas hæc personarum producentium respectu procedentium ratione originis est: ergo prius debet ipsis originibus conuenire: atqui his non conuenit realiter: ergo neque personis Subsumptum probò. Quia generatio tam actiua, quam passiuua prior spiratione actiua non est realiter: quare neque spiratione passiuua in probabili opinione de identitate reali actiua, & passiuua processionis. Etenim actiua spiratio simul natura est, atque generatio passiuua, seu natiuitas filij: cum nihil aliud sit, quam volitio essentialis Patris, & filij: quare re ipsa vbi primum filius, eiusque natiuitas passiuua est, spiratio saltem actiua realiter est, & esse intelligitur, quin aliud naturæ instans expectetur. Respondetur primò concesso primo antecedenti negando consequens. Ecce ratione applicationis lignum calefit ab igne: & tamen prius applicatio non calefit aut ignitur. Item ratione albedinis paries dealbatur, nec tamen prius albedo dealbatur. Item actio, & passio creata physica communi opinione identificantur: quare nequit actiua prior realiter, quam passiuua esse. Id quod iuxta doctrinam probabilem eorum, qui processionem actiuam, & passiuam identificant inter se, & cum persona etiam producta certissimum, in processione quauis actiua respectu suæ passiuæ haberi debet. In casu verò obiectionis de comparatione vnius processionis respectu alterius aliter adhuc in nostra, & omnium opinione philosophandum est.

2. Dico ergo in omni opinione generatio est spiratione realiter prior, siue actiua, siue passiuæ, quouis modo altera ad alteram comparatur. Est conclusio Valquez. 1. p. d. 168. cap. Valent. d. 2. q. 1. pun. 1. Ius Torres d. 29. Zúñiga d. 42. & partim Ruiz vbi proximè Hurtado d. 9. dif. 3. §. secundò existimamus. Quia Ruiz. lect. 2. concl. 2. si comparatur generatio passiuua cum actiua spiratione, imò & actiua generatio cum actiua spiratione putat nullam inter eas esse realem prioritatem, cui in comparatione vltima consentit Hurtado §. his ergo postis. In opinione probabili nuper memorata patet: quia generatio tam actiua, quam passiuua identificatur cum Patre, qui prior est filio: atqui spiratio siue actiua, siue passiuæ sumpta, identificatur realiter cum vtroque; at vnitas prior est realiter, quam duæ personæ. In opinione verò, quæ actiuam, & passiuam processionem identificat cum persona procedente, actiua, & passiuua generatio identificatur cum filio, spiratio verò vtraque cum Spiritu Sancto, qui est filio posterior: quare, & spiratio quouis modo sumpta posterior generatione quouis modo sumpta necessarò erit.

3. In antiquiori vero probabiliori, & nostra opinione, quæ processionem actiuam cum producentibus, passiuas verò cum procedentibus personis adnat, siue identificat. De actiua generatione, quæ identificatur cum Patre respectu spirationis passiuæ, quæ identificatur cum Patre respectu spirationis passiuæ, quæ identificatur cum Spiritu S. est prioritas realis manifesta. Item de generatione passiuua, quæ identificatur cum Spiritu S. De generatione passiuua respectu spirationis actiua constat: quia passiuua generatio identificatur cum persona filij: at spiratio actiua cum vtroque Patre, & filio: vnitas autem personæ prior natura re ipsa est, quam duæ personæ in genere causæ intrinsecæ materialis, licet altera ex eis ad vnitatem personæ filij supponatur origine prioris: ac proinde realis posterioritas originis expectanda vltimus ad spirationem actiuam non sit, quod nostrum Ruiz deceptit. De generatione verò actiua respectu spirationis actiua res est facilior: cum, quia generatio actiua identificatur cum persona Patris, spiratio

verò

Verò actiua cum hac, & persona filij simul, ac proinde stat prioritas unitatis ad qualitatem: deinde prioritas alia originis cum expectetur persona Filij Patre, & generatione filij origine posterior, ut sit Spiratio.

4 Obiciunt autem Hurtado, & Ruiz. ubi proximè. Spiratio actiua identificata cum Patre in hac opinione antiquiori, quam sequimur; atqui cum Patre etiam identificatur generatio actiua: ergò vtraque identificatur in Patre, & cum Patre: ergò neutra est prior, quàm altera realiter. Pater: quia idem nequit esse prior realiter seipso. Antecedens est falsum, imò errori proximum. Etenim: si Spiratio adæquate sumpta identificetur cum Patre, Pater solus spiraret, neque filius ad spirandum expectandus esset. Quod si id ineptè concederetur, duo essent spiratores, ex quibus plura contra catholicam doctrinam de processione Spiritus sancti deducerentur. Insuper his omisiss, datòque antecedenti, non tenet consequentia: nam licet prout est in Patre, Spiratio actiua posterior realiter origine non foret generatione actiua, tamen prout Spiratio esset in Filio, qui Patre posterior est, posterior etiam generatione actiua foret.



QVÆSTIO VII.

An divina persona, se & alia aliis, seu per alios diligant, vel intelligant.



INTER Catholicos quæstio esse non potest, an personæ verbo, & Spiritu sancto intelligant, & ament, tanquam formis, aut principijs, vel conditionibus se ex parte principij tenentibus ad amandum, vel tanquam modis intelligendi, vel amandi, cum formaliter amor, aut intellectio formalis non sint, neque intellectio, aut amoris formalis modi, atque alter sit principio intelligendi expedito, alter verò principio expedito amandi origine posterior prorsus; alioqui filius Patris, qui essentia sua sapiens est, aliquomodo saltem principium foret ut August. post multam hac de re disputationem 6. de Trinit. cap. 1. & 2. & Ab. 7. cap. 1. fin. cap. 3. ac lib. 15. cap. 6. sub init. cap. 7. circa med. arguebat. Ad quæ loca se refert, 1. Retractat. cap. 26. post init. ubi retractat propositionem suam quæstionis 23. ex lib. octaginta trium: *Quod eam ipse, Pater, genuerit, qua sapiens dicitur sapientiam.* Solum ergò est quæstio an aliquo alio proprio sensu vtraque vel altera saltem propoficio præfixa vera esse possit, atque de similibus aliarum propositionum varietate.

CERTAMEN I.

Varij opinandi modi reiciuntur.

1 DVr. in 1. d. 6. q. 2. d. 10. q. 2. d. 27. qu. 3. disput. 31. qu. 1. ait nullò proprio sensu eas propositiones veras esse; sed solum accommodatione quadam, qua essentialis amor, & cognitio, siue sapientia eis tribuitur: etenim neutri amorem, vel sapientiam, productam adhuc, esse proprietate sua conuenit cum nec filius per intellectum, nec Spiritus per voluntatem procedat. Tria continet Durandi sententia. Primum eodem modo de vtraque propositione, quoad improprietatem Philosophandum esse: quod à veritate non omninò deuiat, neque à Gotsfredi Pictauiensis sententia, qui vtramque improprietatem censuit, id quod absolutè falsum esse ostendemus cert. 2. nec Spiritui sancto proprietate conuenire esse amorem productum, nec Filio sapientiam genitam esse, quod est contra Patres, ac te-

merarium, ut vidimus disput. 10. quæst. 2. & deinceps. Tertium ex quo pender secundum, nec Filium procedere per intellectum, nec Spiritum sanctum per voluntatem, æquè est temerarium, ut constat ex disputatione 3.

2 Simon Tornaciensis apud Scotum in 1. d. 32. q. 2. docet, *Pater, & filius diligunt Spiritum sanctum.* S. veram solum esse in sensu proprio, quatenus Spiritus sanctus, amoris quo producit, atque vterque diligit, signum est: quocirca eodem modo de altera propositione iudicaturus videtur: Cum filius sapientie essentialis, qua producit, æquè signum sit. Inde impugnaretur à pluribus, quæ diuersimodè de veritate propositionis: *Pater sapiens sapientia genita censent*, ac de illa admissa à Tornaciensi, ex qua & hæc eodem sensu admittenda est, videtur contra August. sed tamen exiguo fructu, ut cert. 2. patebit. Sic ergò Tornaciensem impugno quia sensit contra sensum Patrum in ea propositione, ut infra constabit. Secundò quia eodem modo agentia omnia suis quæque effectibus agere dicenda forent: cum effectus omnis actionis suæ signum sit, æquè, atque Spiritus sanctus processionis suæ per amorem; imò finis proprius signum igne factionis est, quam tenuis notionalis suæ processionis.

3 Communis sententia in hac propositione: *Pater, & filius diligunt Spiritum sanctum*: proprium, & verum sensum admittit; secus in illa: *Pater, seu persona sapiens sapientia genita.* Ita sanctus Thomas 1. part. quæst. 83. artic. 2. cum interpretibus qu. 9. de potent. artic. 9. ad 13. in 1. disp. 31. qu. 1. tribus articulis, Richardus, & Bonavent. artic. 1. duabus quæstionibus, Scot. q. 21. §. *Ad aliam quæstionem*, Argent. Capreol. & Maior. quæst. vnic. art. 1. Præposit. Aluifidor. & Etyd. approbati à Carthuf. q. 1. Okam. quæst. 2. ubi Gabr. articul. 2. conclus. 1. & Aureol. articul. 1. Marfil. 1. qu. 14. artic. 4. concl. 2. quæst. 33. art. 1. Henric. 2. part. art. 61. qu. 7. Vasq. 1. part. disp. 151. Soar. lib. 9. cap. 10. & lib. 11. cap. 3. Luiz Torres d. 21. dub. 1. Ruiz. disp. 74. à sect. 2. Martin. Perez disp. 17. sect. 4. Aloiz. tract. 4. disp. 9. sect. 7. Gasp. Hurtad. disp. 8. dif. 7. & Theologi reliqui; quod ad eò expressum in Aug. censuit Magister, ut disparitate ignorata, eius tamen autoritate fractus primam propositionem in sensu proprio admiserit; secundam reiecit citata disput. 32. cap. 2. verum in vnius propositionis ab alia discrimine nulli ferè ex tot Doctoribus cum alio conuenit. Plura vetustiorum referunt, refelluntque Albert. 1. p. quæst. 50. m. 1. qu. 3. incidenti Alex. q. 67. m. 3. art. 3. quæ recencere operosum atque inutile foret.

4 Eis igitur omisiss sanctus Thomas loco citato r. p. Caiet. & sui aiunt: agentia extra secus denominari denominatione actionis à termino, qui ab ea determinatè respicitur, sicut arbor florere dicitur floribus, quos, dum florescit producit: atque loquens verbis, quæ producit, dum loquitur, loqui dicitur. Cum ergò Spiritus sanctus determinatè respiciatur volitione notionali, qua producit, denominat meritò Patrem, & Filium qui ipsius principium sunt, diligentes ipso. Contra quia hac regula artifex ædificio ædificare, Paterque generare Filio, & vterque spirare Spiritu sancto, sensu proprio diceretur, siquidem hi omnes termini sunt, quos sua quaque actione determinatè respicit. Secundò: hac etiam ratione Pater saperet sapientia genita, quod hi refugiant. Tertio notionali amore, qua notionali, siue secundum, quod addit essentiali, & quo Spiritum sanctum determinatè respicit, non amatur in diuinis, sed solum essentiali, qua tali, ut patet, cum illud additum sit duplex personalitas Patris, & Filij; quare denominatio amandi non est actionis, qua determinatè respicientis Spiritum sanctum, quare, & doctrina regulæ falsa est, neque ad discrimen assignandum sufficiens, ac tandem ad intentum incongrua.

5 Ut primam impugnationem vitarent Vasq. Torres, & Hurtado limitant regulam ad actiones, quæ significantur non solum cum ordine ad terminum, sed cum

cum ordine etiam ad obiectum, vel subiectum. Tunc enim, aiunt, denotatur agens medio termino actionis subiectum, vel obiectum respicere. Sic ignis calore productio dicitur lignum calefacere, & dealbans albedine dealbare, verbiique res obiectas loqui dicitur, arborque floribus florere. Contra primum: quia ea denominatio agentis à termino non est denominatio actionis, ut respiciens obiectum, vel subiectum, sed alia similis proueniens à termino productio per actionem sic per se ipsum formaliter denominante, quæ proinde mediata iure optimo tribuitur agenti, ut patet in exemplis allatis. Florere enim proprius floridum esse, sive habere flores significat, quam producere, ut patet in virga Aaron cuius meminit Paulus ad Hebr. 9. quæ floruisse dicitur floribus quas habuit; insuper albedo inducta parietem dealbat formaliter, calor calefacit, ac verba formaliter sensus manifestant, ac proinde media sunt, quibus loquimur: aut Spiritus sanctus se ipso neminem denominat formaliter amantem, aut est medio quo personæ diuinæ amant: ergo nullus est momenti limitatio adhibita ad regulæ illius veritatem, vel etiam ad intentum eius sciendum.

6. Contra secundum: quia intelligere etiam significat actionem cum ordine ad obiecta: ergo etiam Pater dicitur, se & alia intelligere verbo, sive sapientia genita contra eosdem. Admittunt consequentiam Vasq. & Hurtado supra, atque hic rursus disp. 8 §. 2. licet negent Patrem esse intelligentem, sive sapientem sapientia genita, vel verbo, aut esse amantem Spiritu sancto, quia his nominibus seu participiis non denotatur actio intelligendi, vel sapiendi, aut amandi, sed solus effectus formalis sapientia v. g. habere sapientiam, vel amorem; sed solutio hæc in primis fatetur nullum esse inter utramque propositionem discrimen contra Augustini mentem, ut autumat ipsi. Secundum verba dat, ut retractionem existimatam Augustini verbo tenus tueatur. Etenim participium potest sumi participialiter, & sic denotat sui verbi actionem, licet nominaliter sumptum actionem non denotet; aut cum absolute retractasse eam vocem participialem censetur Aug. sine limitatione acceptionis, non est cur una acceptione non alia retractasse dicatur.

7. Ruiz lect. 2. hanc rationem Vasquez paulo aliter explicuit. Nempè id totum, quod quomodolibet requiritur, ut actio grammaticalis, circa passum grammaticale versetur ablatiuo modi actionis in bona grammatica boni in oratione debere: cum autem Spiritus sanctus requiratur, ut terminus necessarius notionalis amoris, ut amor, seu dilectio circa obiecta, quæ sunt grammaticale passum, versetur, fit, ut in bona grammatica in ablatiuo poni in oratione debeat: vnde sumpto diligere notionaliter proprie rigidaque grammatica locutione Pater, & Filius Spiritu sancto diligere dicentur; secus sumpto diligere, seu dilectione essentialiter: quia sic Spiritus sanctus terminus necessarius ipse non est. Exempla afferit ex phrasi Terentij verbis dicere aliquid, & ex Theologia: quia Pater dicit verbo suo quæcumque dicit. Sed exempla impugnata à nobis sunt num. 5. Secundum hæc ratione Pater etiam intelligit, ac sapientia genita. Negat secundum Ruiz, lect. 3. n. 1. quia, ut ex pluribus aiebat lect. 2. conclus. 1. num. 5. amare sumi potest notionaliter ob inopiam vocabuli, quo significetur terminus per voluntatem procedens, eiusve processio; secus intelligere, vel sapere, cum adfit verbum dicere, quo processio termini per intellectum apprimè explicatur. Contra: quia spiratio apprimè significat processionem termini per voluntatem: & tamen amare sumi notionaliter potest: ergo, & intelligere. Secundum nemo negabit Patrem intelligendo generare, ubi intelligere notionaliter sumitur. Tertio cum intelligere notionale solum addat de connotato Patris personalitatem, atque in hac propositione: Pater sapit, vel intelligit sapientia genita: intellectio, & paternitas exprimentur exprimitur notionalis intellectio.

8. Albiz à §. Probatio omnium conclusionum, num. 3. 4. & 5. ait eius propositionis: Pater, & Filius diligunt Spi-

ritu sancto. Sensus esse dilectione notionalis productum Spiritum sanctum, cui omnium dilectionem communicant, & quem omnium dilectorem proinde produunt; quare medio illo omnia obiecta amant, non secus atque medio verbo, quod producit, cuique omnium intellectionem pater communicat omnia dicere asseritur. Posset doctrina hæc Ricardi verbis recitandis cert. 2. non parum illustrari, sed ibi eius mentem aperiemus. Nunc exemplum illud de dictione Patris è re non esse satis monstratum à nobis est; Siquidem est medium ad manifestationem sensus, quæ dictione exprimitur, ac significatur: quod in Spiritu sancto ad amandum non inuenitur. Secundum: non minus communicat Pater verbo, seu filio, quem intellectione producit, omnium cognitionem, & sapientiam, qua omnium cognoscens, & intelligens fit quam Spiritu sancto omnium amorem: ergo non minus medio Filio respicit, seu intelligit mediata omnia obiecta cognita, quam medio Spiritu sancto omnia obiecta amata respicit, & amat: ergo eodem modo dicitur Pater sapere sapientia genita, atque amare Spiritu S. Recurrit ad solutionem Ruiz proximè impugnatam, quod intellectio Patris notionaliter non accipitur.

CERTAMEN II.

Nostrum de præfatis propositionibus iudicium.

Dico primo. Nullum est prædictarum propositionum quoad proprietatem, vel impropriam sensus, & veritatem discrimen. Ita Goufredus Pictauiens. lect. 1. num. 7. atque si attendè omnia conferrantur Vasq. Hurt. & Torres. Constat primò ex impugnatione datarum explicationum, & differentiarum. Constat secundò ex conclusionum sequentium probatione. Constat tertio, & præcipue, quia sic censet August. licet enim, postquam citato libro de Trinit. cap. 1. & 2. illam propositionem: Pater sapit sapientia genita, ob rationes datas in quæstionis processu retractauit cap. 5. dixerit, Spiritum sanctum esse, quo genitus à genente diligitur, generatorem quoque suum diligit, quo aliter de hac propositione censere videtur, ut ait Ruiz num. 3. tamen hanc in sensu materiali solum admisit, ut statim dicam in quo primam illam non retractauit. In sensu autem formali, & causali proximo, hanc cum illa simul retractauit, postea de utraque agens 15. de Trinit. cap. 7. post init. dicens: Quis audeat dicere Patrem, nec seipsum, nec Filium, nec Spiritum sanctum intelligere, nisi per Filium, nec diligerè, nisi per Spiritum sanctum. Et post pauca: tanquam memoria sit Pater, & suus, & Filius, & Spiritus sanctus: Filius autem intelligentia, & suus, & Pater, & Spiritus sanctus: Spiritus vero sanctus charitas, & sua, & Pater, & Filius. Quis hæc in illa Trinitate opinari, vel affirmare præsumat. Accedit Richard. ViCTOR. in declarationibus ad Bernardum, capite vltimo fin. Quod Pater Spiritu sancto diligere dicitur, non sic intelligitur, quasi Spiritus sanctus auctor, & origo existat dilectionis, qua Pater est. Quæquidem ratio est Augustini, ut Pater sapiens sapientia genita non fit in sensu formali, & causali proximo, ut in præfatione quæstionis recitabamus, atque in amare Spiritu sancto, seu per Spiritum sanctum militat æquè.

2. Dico secundum: utraque propositio vera est in sensu materiali proprio. Atque altera quidem amandi Spiritu sancto eoque sensu admissa ab August. fuit 6. de Trinitate, capite 5. citato, ut docet Ruiz. proximè Albert. 1. part. quæst. 50. m. 1. qu. 3. incidente Alex. q. 67. m. 3. art. 3. præsertim sine, Canar. q. 37. art. 2. post. 4. conclus. Mol. ibid. §. pen. supponuntque reliqui Doctores ratio est: quia licet sapientia, & amor, quibus Pater sapit, ac diligit, communes toti Trinit. sint, non verò personales personæ alicuius: at tamen amor ita est proprius vi suæ processionis Spiritus S. ac sapientia Filij, quorum alter, per

per amorem, alter verò per sapientiam formaliter procedit, ut proinde vi formaliter illius amor Spiritui S. ac sapientia filio communicetur: ac proinde alter sapientia genita, siue in factò esse, & notionalis; alter verò amor in factò esse, siue notionalis à Patribus, & conciliis asseratur. d. 10. q. 2. 3. & 4. quare & amor proprius Spiritui S. est, quam Patris, & Filij, & sapientia Filij, quam Spiritus S. & Patris proprius est: unde verum est, Patrem, imò, reliquas etiam personas sapere sapientia, quæ propria est Filij, & amare, seu diligere amore, qui proprius est Spiritui S. non autem ita propriè dicitur personas diuinas sapere, aut diligere Patre cum sapientia, & amor, quo formaliter diligitur, & intelligitur, non ita sicut propriè personæ Patris, ut patet.

3 Dico tertio. Vtraque propositio vera est in sensu formali, causali remoto: id est quatenus amor formalis Spiritui S. & sapientia formalis Filij tribuitur eorum principio. Senticum cum Albiz supra in sensu, dissentio verò in discrimine alterius propositionis ab altera. Est expressa sententia Ricard. Victor. proximè recitatis adnectentis: *Pater, & Filius diligunt Spiritu Sancto, quod Pater eam dilectionem, qua filius diligitur, & Spiritus Sanctus est Spiritus, & illius auctor, & origo existat? Dicitur ergo Pater Spiritu Sancto diligere, non quod per eum amorem habeat, sed exhibeat, id quod in altera propositione explicuit olim Athan. orat. contra Gregal. Sabellij versus med. scribens: Sapientia Patris est Filius, non ita, ut in homine, ubi per sapientiam homo fit sapiens, sed ex sapientia sapientia ista ortum trahit; ac proinde illum sapientem rursus denominat. Ratio est: quidquid à termino productò præstatur vi præsertim productionis, quæ est naturalis agentis intentio ipsi agenti tribuitur. atque hoc medio termino præstare censetur: sic formalis dealbatio ab albedine formaliter proueniens, & calefactio à calore igni, & pictori tribuuntur: atqui vi processionis naturalis communicat Pater Filio sapientiam, & uterque Spiritui sancto amorem: Ergò Pater sapientia Filij, & uterque amore Spiritui S. quos producunt formaliter remotè intelligere, atque amare dicentur.*


4 Eodem porò sensu Pater Filium sapere, & intelligere, atque uterque per Spiritum S. diligere æquè bene dicentur: secus autem Filius sapere, vel diligere Patre, vel per Patrem, vel Spiritus sapere, vel diligere Patre, aut Filio, vel per Patrem, & Filium. Cùm nec Filius Patris principium vllò modo sit; nec Spiritus S. principium vtriusque, vel alterius: nedum vi processionis dilectionem, vel amorem in altero ponens. Potest autem eodem sensu causali remoto, licet non ad eò formali, & proprio Pater dici amore Filio, seu per Filium, & uterque sapere Spiritu S. seu per Spiritum S. quia Pater licet non ad eò formaliter vi processionis amorem, quò formaliter amet, Filio communicat, in eoque ponit, atque uterque Spiritui S. communicat sapientiam, qua formaliter sapit, in eoque illam ponit: ergò, licet non ad eò formaliter, tamen reuera causæ seu principia sunt Pater, ut Filius amet, atque uterque, ut Spiritus sanctus sapiat: ergò absolute causaliter, remotè; licet non ad eò formaliter dici possunt Pater amare Filio, & uterque sapere Spiritu S.

5 Dices ergò eodem sensu minus formali, causali tamen remoto, Pater dici poterit omnipotens, sanctus, immensus, intellectiuis, volitiuis &c. Filio, & Spiritu sancto, seu per Filium, & Spiritum S. Patet, quia non minus propriè communicat eis ea omnia attributa, quam Filio amorem, & Spiritui sancto sapientiam, ut eis formaliter omnipotens sint sanctus, &c. sicut his formaliter sunt amans Filius, & sapiens Spiritus sanctus: atqui propositionem illatam negant prorsus Scholastici communiter S. Bonauent. 1. d. 1. quæstione 31. articul. 2. quæstione 2. corp. Ricard. quæstione 1. ad 5. Carthul. quæstione 4. Ruiz. proximè sectione 5. ac tanquam Patribus inauditam reliqui omissione ipsa videntur falsitatis damnare: ergò & altera nostra, ex qua inferitur, est falsa: Respondetur negando facillè illationem cum omni Scholasticorum: quia denominationes

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo uno & Trino.

omnipotentis, sancti immensi &c. sunt natura sua purè formales proximæ denominationes; secus denominationes, amandi, & intelligendi. Etenim licet hæ vitales, & immanentis formæ sint, ac proinde ea ex parte formales proximæ sint: At, quia ex alia parte admixtum habent aliquid actionis ex loquendi vsu, qui tota denominationum lex est, cum verbo actiuo significantur, in agens etiam remotum cadunt, quoties forma, & actio termino communicatur, ponitur ve in termino ab agente in casu nostro. Unde constat in creatis patrem non posse dici Filio sapere, quia neq; in illo sapientiam, aut dilectionem ponit, sed potentias.

8 Dico quarto. In sensu proprio causali veræ etiam sunt propositiones istæ: *Filius intelligit Patre, vel per Patrem; atque Spiritus vtroque, vel per vtrumque diligit.* Hæ in super, licet minus formaliter: *Filius amat Patre;* atque *Spiritus diligit vtroque, vel per &c.* Ratio est: quia ablatiuo, vel accusatiuo cum præpositione per ritè rectèque principium amoris, sapientia personæ procedentis significatur: sed vtriusque principium, licet formalis sapientia, in Filio est Pater, & uterque vtriusque etiam, licet formalis amoris, principium est in Spiritu sancto: ergò in sensu proprio causali, formalis quidem veræ sunt duæ propositiones primæ, ac minus formaliter duæ secundæ. Maior est regula grammaticæ bonæ, probata etiam ab Augustino in re præfenti, in ratione, quam adhibuit, ut retractaret propositionem: *Pater sapit sapientia genita.* in quæstionis præfatione, atque à Ricardo recitato ad finem numeri primi. Solum videntur ob stare dictis ex Augustin. & Ricardo eodem num. 1. Athanas. orat. 3. contra Arrian. vers. med. orat. 2. vel 4. longè à princip. orat. 49. de fide post med. Basil. 2. contra Eunom. circa med. & lib. 4. med. dicentes Filium esse ab æterno, ne pater irrationalis insipiens, ac sine ratione, & sapientia fuerit. Verum ut iam dixi, solum contendit Filium terminum necessarium essentialis cognitionis esse, ac proinde sapientiam abolendam à Patre, si Filius deficeret.



DISPUTATIO XIII.

De Personarum missione



ACTENVS personas, quoad intrinseca comparauimus: nunc autem quænam personæ ab aliis mitti possint, in quo extrinsecum aliquid, vel clauditur, vel concernitur disputamus: ac proinde eas quoad extrinseca comparamus.

QVÆSTIO I.

De Existentiâ, Essentiâ, Affectionibus, & Missionis diuinarum Personarum

TRIA in hac quæstione eo, quo proposita sunt, ordine, suis quæque certaminibus examinanda, ac definienda à nobis sunt.